WEDEL

****

SYMBOLA AD CLEMENTIS ALEXANDRINI STROMATUM LIBRUM VIII INTERPRETANDUM

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/symbolaadclement00wede

Symbola ad Clementis Alexandrini stromatum librum VIII. interpretandum.

Dissertatio inauguralis

quam

ad summos in philosophia honores rite impetrandos

consensu et auctoritate

amplissimi philosophorum ordinis

in

Alma Litterarum Universitate Friderica Guilelma Berolinensi

scripsit

Christiana de Wedel

Berolinensis.

Promotio solemnis habebitur die V. m. Augusti a. 1905.

67



FEB 12 1935
7649

De dissertatione iudicarunt:

U. de Wilamowitz-Moellendorff,
H. Diels.

Typis expressit R. Wagner iun. — Vimariensis.

Hermanno Diels
Udalrico de Wilamowitz-Moellendorff
S.

Clemens Alexandrinus qui per septem stromatum libros fidei christianae commendandae subsidia ex ethnicorum libris quaerebat sub finem l. VII. pollicitus se refutaturum esse *τὰ ὑπὸ Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων ἐπιφερόμενα ἡμῖν ἐγκλήματα* ita non fecit quod promiserat, ut liber VIII. mere logicus vel dialecticus excerptis Theodoteis et eclogis Propheticis exceptis a stromatum consilio et indole videatur abhorrere. Arnimius vir doctus l. VIII. vel potius fragmentorum corpora quae hoc nomine feruntur non ut Zahnius censuerat[1]) ex libro VIII. Clementis perfecto ab alio homine excerpta sed a Clemente ipso ex aliis et logicis et haereticis libris ad str. VIII. vel alios conficiendos descripta ab amicis post mortem eius edita esse probavit.[2]) Quae vero mere logica vel dialectica esse videntur censuit „ex scholastica in dialecticam introductione" fluxisse, quia „a quaesita ceterorum stromateorum elegantia ac varietate longe remota est arida huius introductionis exilitas".

Neque tamen omnia libri VIII. qui fertur in codice Mediceo-Laurentiano plut. V. cod. III. eodem modo imperfecta sunt, sed priorem partem esse elaboratam alteram nihil nisi excerpta continere intellegere potest etiam qui neglegentius haec perlegerit. Exordio amisso §§ 1 et 2 agitur de utilitate scientificae demonstrationis contra eristicos et scepticos, §§ 3—8 de *ἀποδείξεως* et *συλλογισμοῦ*, §§ 8—15 (356, 23—362, 12 Dind.) de *ζητημάτων* et *προβλημάτων* notionibus.

I. De excerptis quibus doctrina sceptica tractatur.

Quae sequuntur in codice Mediceo-Laurentiano plut. V. cod. III. sic legenda sunt:

---

[1]) Forschungen zur Geschichte des N.Tl. Canons III 104—130. — [2]) De VIII. Clementis stromateorum libro. Rostock 1894.

BQ
1204
.W4

Πρὸς τοὺς Πυρρωνείους.[1]) *Εἴγε φησὶν ἡ ἐποχὴ βέβαιον εἶναι μηδέν, δῆλον ὅτι ἀφ' ἑαυτῆς ἀρξαμένη πρῶτον ἀκυρώσει ἑαυτήν. ἢ τοίνυν δίδωσιν ἀληθές τι εἶναι καὶ οὐ περὶ πάντων ἐφεκτέον, ἢ ἐνίσταται μηδὲν εἶναι ἀληθὲς λέγουσα, καὶ δῆλον ὅτι οὐδ' αὐτὴ πρότερον ἀληθεύσει. ἤτοι γὰρ αὕτη ἀληθεύει ἢ οὐκ ἀληθεύει. ἀλλ' εἰ μὲν ἀληθεύει, δίδωσιν ἄκουσά τι εἶναι ἀληθές, εἰ δὲ μὴ ἀληθεύει, ἀληθῆ ἀπολείπει ἅπερ ἀνελεῖν ἐβούλετο. ἐν ᾧ γὰρ ψευδὴς δείκνυται ἡ ἀναιροῦσα ἐποχή, ἐν τούτῳ τὰ ἀναιρούμενα ἀληθῆ δείκνυται, ὡς ὁ ὄνειρος ὁ λέγων ψευδεῖς εἶναι πάντας τοὺς ὀνείρους. αὐτοῦ γὰρ ἀναιρετικὴ οὖσα τῶν ἄλλων γίγνεται κυρωτική. καὶ ὅλως εἰ ἔστιν ἀληθὴς ἀφ' ἑαυτῆς ποιήσεται τὴν ἀρχὴν οὐκ ἄλλου τινὸς οὖσα ἐποχὴ ἀλλ' ἑαυτῆς πρῶτον.*

Haec omnia videntur excerpta quae Clemens ad refutandos scepticos colligebat, quoniam § 1 huius libri ipse dicit se contra eristicos pugnare. *Πρὸς τοὺς Πυρρωνείους* inscriptionem esse iudicavit Arnim o. c. p. 11, quam inscriptionem non dubito quin Clemens ex suo ingenio ut argumentum addiderit, quo postea in libro perficiendo facilius et citius intellegeret ad quem finem his excerptis uteretur. Neque enim illius contra scepticos pugnantis libri titulum derivasse Clementem constat, quia non ab initio scepticorum illam refutationem expilabat, sed e medio sua sumebat. Ante ea quae apud Clementem servantur contra scepticos scripta in exemplo dictum fuisse necesse est, esse qui omnino negarent veritatem quaerendam, sed probarent iudicium suspendendum esse, quia nihil certi esset. Ex duabus causis *ἐποχή* refutatur, cum et fundamentum quo nititur, *βέβαιον εἶναι μηδέν* evertatur et demonstretur virum scepticum qui *ἐπέχειν* nos iubet suam doctrinam ad finem non persequi. *Ἐποχή* ipsa loqui fingitur proinde ac si nomen sectae scepticae esset, quam apud alios scriptores semper vel *ἐφεκτικούς* vel *σκεπτικούς* vel *Πυρρωνείους* vel *σκέψιν* nominatam inveniebam. Sed cum dicitur *οὐκ ἄλλου τινὸς οὖσα ἐποχή* apparet *ἐποχήν* propriam suam vim suspendendi iudicii habere. Quae cum ita

---

[1]) *πρ. τ. Π. εἴηφασιν ἡ ἐποχή* L: *εἰ, ᾗ φησὶν ἡ ἐποχή* (supplendum *οὕτως ἔχει*) Arnim: *εἴγε φησίν* scripsi.

sint, duobus modis scriptor voce *ἐποχή* utitur: modo doctrina ephectica est, modo actio cohibendi iudicii.

Tum sic legitur: *Ἔπειτα εἰ καταλαμβάνεται ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν ἢ ὅτι ἐπέχει, δῆλός ἐστι μὴ ἐπέχων.*[1]) *πῶς δ'ἂν καὶ τὴν ἀρχὴν εἰς τὴν ἀμφισβήτησιν ἀφίκετο περὶ πάντων ἐπέχων; πῶς δ'ἂν καὶ ἀπεκρίνετο πρὸς τὸ ἐρωτηθέν; περὶ γὰρ αὐτοῦ τούτου δῆλός ἐστιν οὐκ ἐπέχων, ναὶ μὴν καὶ ἀποφαίνεται ὅτι ἐπέχει, ὃ καὶ εἰ δεῖ πειθόμενον αὐτοῖς περὶ πάντων ἐπέχειν, περὶ αὐτῆς πρότερον τῆς ἐποχῆς ἐφέξομεν, εἴτε πειστέον αὐτῇ εἴτε καὶ μή.*

Voce *ἔπειτα* novum excerptum incipere indicat, quod subiectum verbi *καταλαμβάνεται* non est *ἐποχή*, quoniam *δῆλος, περὶ πάντων ἐπέχων, οὐκ ἐπέχων, πειθόμενον* sunt masculini generis, sed *ὁ σκεπτικός* de quo antea nihil legebamus dictum. Neque dubito quin Clemens ipse *ἔπειτα* addiderit, quod Wilamowitzius mihi suppeditabat.

Eodem modo ac Sextus[2]) et Diogenes[3]) Laertius scriptor forma media *καταλαμβάνεσθαι* utitur, qui tamen praeter *καταλαμβάνεσθαι* etiam *καταλαμβάνειν* adhibent.

Eiusdem scriptoris haec duo fragmenta tam arte coniuncta mihi videntur, quamquam color dicendi differt aliquo modo. In altero enim fragmento quaestiones acriores anaphoras continentes *(πῶς δ'ἂν καί)* leguntur, et multo alacrius scribitur, pro *ἐποχή* quae antea verba fecit vir scepticus inducitur, *ἐφέξομεν* legimus, cum antea numquam prima persona pluralis adhibeatur, denique scriptor amat *δῆλός εἰμι* (antea *δῆλον ὅτι*) et terminis technicis *ἀποφαίνεσθαι, καταλαμβάνεσθαι* uti. Potest autem unus scriptor et imprimis qui refutet vario genere dicendi uti et doctius argumenta logica proferre et alacrius virum scepticum ipsum aggredi. Aristocles quoque vir peripateticus saeculi secundi p. Chr. n. in scepticis refutandis saepe eadem argumenta novis formis usus profert.[4]) Immo quod duo fragmenta certe sunt adiuvat unius scriptoris esse, neque enim

---

[1]) *μὴ ἐπέχειν* L: *μὴ ἐπέχων* corr. Wilamowitz. — [2]) Sext. Emp. editionis Bekkerianae p. 255, 11; 256, 14. 16. 20; 257, 22. 24. 25; 280, 26. 28. 29; 332, 23; 362, 6; 427, 9; 595, 18. — [3]) Diog. L. IX 102. — [4]) cf. Euseb. praep. ev. XIV 18, 8. 9 et XIV 18, 21.

scimus quam multa interposita fuerint, et quo maiorem constituimus lacunam eo verisimilius est aliud dicendi genus. Quod cuius sit, utrum exemplaris an excerptoris, inde divinari potest quod *ναὶ μήν* a Clemente ipso maxime amatur.

Ἔτι εἰ τοῦτο αὐτό ἐστι τὸ ἀληθὲς τὸ μὴ εἰδέναι τὸ ἀληθές, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἀληθές τι παρ᾽ ἐκείνου δίδοται. εἰ δὲ καὶ τοῦτο ἀμφισβητήσιμον ἐρεῖ τὸ ἀγνοεῖν τἀληθές, ἐν αὐτῷ τούτῳ δίδωσιν εἶναι τὸ ἀληθὲς γνώριμον, ἐν ᾧ τὴν περὶ αὐτοῦ ἐποχὴν φαίνεται μὴ βεβαιῶν.

Vocem *ἔτι* Clementi tribuo; neque vero multum ab alterius fragmenti sententia abhorret hoc, quoniam ipsum quoque virum scepticum non neglegit *(ἐκείνου)*, neque alio est genere dicendi, cum *ἐρεῖ* = *φησί* eodem modo atque *ναὶ μήν* Clementem ipsum prodat.[1])

Tum quae sequuntur:

αἵρεσίς ἐστι πρόσκλισις δογμάτων ἤ, ὥς τινες, πρόσκλισις δόγμασι πολλοῖς ἀκολουθίαν πρὸς ἄλληλα καὶ τὰ φαινόμενα περιέχουσι[2]) *πρὸς τὸ εὖ ζῆν συντείνουσα. καὶ τὸ μὲν δόγμα ἐστὶ κατάληψίς τις λογική, κατάληψις δὲ ἕξις καὶ συγκατάθεσις τῆς διανοίας,* neque cum antecedentibus cohaerent neque inter se. Clemens in suum usum descripsit definitiones *αἱρέσεως* et *δόγματος*, quibus ad refutandos scepticos uteretur, ut demonstraret eos neque sectam neque dogmata habere. Utrum hae definitiones ex eodem contra scepticos libro scripto sint necne, diiudicari non potest, quia ordine nullo certo allatae sunt, quamquam verisimilius est Clementem non plures libros inspexisse ad refutandos scepticos. Sed tantum abest, ut non possint esse sumptae e libro scepticorum ipsorum, quamquam solae eae definitiones leguntur quae scepticis non faveant, quem dilectum nescio an Clemens ipse fecerit ex pluribus, ut verisimile sit eas iam antea in exemplo sceptico fuisse, cum etiam in aliis libris scepticis tales reperiantur. Priusquam autem non redarguamur, ex eodem contra scepticos libro scripto fluxisse hae censendae sunt nobis.

---

[1]) conferas velim indicem Clementis editionis Dindorfianae vol. III.
[2]) *περιέχουσα* L: corr. Pott.

Tum novum excerptum incipit:

οὐ μόνον οἱ ἐφεκτικοὶ ἀλλὰ καὶ πᾶς δογματικὸς ἔν τισιν ἐπέχειν εἴωθεν ἤτοι παρὰ γνώμης ἀσθένειαν ἢ παρὰ πραγμάτων ἀσάφειαν ἢ παρὰ τὴν τῶν λόγων ἰσοσθένειαν.

Αἱ τῶν ζητήσεων ἔφοδοι καὶ ἀρχαὶ περὶ ταῦτα καὶ ἐν τούτοις εἰσίν.

Haec contra scepticos dicta sunt qui non solum *ἔν τισιν* iudicium suspendi iubebant sed imprimis in cognoscendo.

Παρὰ τὴν τῶν λόγων ἰσοσθένειαν in ipso fine str. VIII exstare testatur cod. Mus. Brit. Ms. Add. 14,533, unde intellegi potest *αἱ τῶν ζητήσεων — εἰσίν* verba non subscriptionem esse sed inscriptionem sequentium. Quod etiam ex codice L apparere docet Staehelin in praefatione sua Clementinae editionis p. XLI.

§§ 17—21 de definitionibus et partionibus agunt, § 22 ad iudicium suspendendum relabitur, §§ 23 et 24 sunt de categoriis, §§ 25—33 de causis scriptae. Quae paragraphi inscriptione et subscriptione praeditae sunt, cum Staehelin l. c. etiam post § 33 eadem verba *εἰσίν* omisso adscripta esse testetur, quae antecedunt § 17. Quibus verbis quasi inclusae a ceteris ita segregatae videntur, ut nihil iis commune sit cum illis. At tamen videbimus hiatum qui superari non possit minime dehiscere. Neque enim §§ 17—21 ab illius „introductionis“ indole abhorret, neque verisimile est Clementem plures tali consilio libros conscriptos expilasse.

Sed ut in iudicii suspendendi ratione diutius verser, mihi liceat § 22 hic describere. *Τὰ ποιητικὰ τῆς ἐποχῆς αἴτια δύο ἐστὶν τὰ ἀνωτάτω, ἓν μὲν τὸ πολύτροπον καὶ ἄστατον τῆς ἀνθρωπίνης γνώμης, ὅπερ γεννητικὸν εἶναι πέφυκεν τῆς διαφωνίας ἤτοι τῆς ἀλλήλων πρὸς ἀλλήλους ἢ τῆς ἑαυτῶν πρὸς ἑαυτούς, δεύτερον δὲ ἡ ἐν τοῖς οὖσι διαφωνία, ἣ καὶ εἰκότως ἐμποιητικὴ καθέστηκε τῆς ἐποχῆς. μήτε γὰρ πάσαις ταῖς φαντασίαις πιστεύειν δυνηθέντες διὰ τὴν μάχην, μήτε πάσαις ἀπιστεῖν διὰ τὸ καὶ τὴν λέγουσαν πάσας ἀπίστους ὑπάρχειν ἐξ ἁπασῶν οὖσαν συμπεριγράφεσθαι πάσαις, μήτε τισὶ μὲν πιστεύειν, τισὶ δὲ ἀπιστεῖν διὰ τὴν ἰσότητα, κατήχθημεν εἰς ἐποχήν. τούτων δὲ αὐτῶν τῶν ἀρχικωτάτων τῆς ἐποχῆς τὸ μὲν ἀβέβαιον*

τῆς διανοίας γεννητικόν ἐστι διαφωνίας, ἡ δὲ διαφωνία προσεχὲς αἴτιον τῆς ἐποχῆς, ὅθεν πλήρης μὲν ὁ βίος δικαστηρίων τε καὶ βουλευτηρίων καὶ ἐκκλησιῶν καὶ καθόλου τῆς περὶ τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ καὶ κακὰ στάσεως[1]*, ἅπερ ἠπορημένης ἐστὶ διανοίας καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀντικειμένων πραγμάτων ἰσοσθένειαν*[2]*) μετοκλαζούσης τεκμήρια. πλήρεις δ' αἱ θῆκαι τῶν βιβλίων καὶ αἱ συντάξεις καὶ αἱ πραγματεῖαι τῶν διαφωνούντων ἐν τοῖς δόγμασι καὶ πεπεικότων ἑαυτοὺς τὴν ἐν τοῖς οὖσιν ἀλήθειαν γιγνώσκειν.*

Non de scepticis agitur, sed de iudicio suspendendo, cuius duae causae enumerantur supremae, mutabilitas mentis humanae quae dissensionem et inter singulos homines et in animo uniuscuiusque efficit, atque rerum discrepantiae, quae nos neque omnibus visis credere neque omnibus diffidere neque aliis credere aliis diffidere concedunt.

Non iure Arnimio offensioni est vox *τὰ ὄντα*, cum non „pro phantasiis“ dicta sit, sed *φαντασίαι* sunt impressiones *τῶν ὄντων*.

In describenda hominum dissensione codices adhibent: *ἠπορημένης ἐστὶ διανοίας καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀντικειμένων πραγμάτων εἰς ἀσθένειαν μετοκλαζούσης τεκμήρια*, quae sensu carent. Potterus ut ea emendaret nos delere iubet *τὴν* ante *τῶν ἀντικειμένων* et sic vertit: „quae sunt indicia mentis dubiae quaeque prae rerum inter se repugnantia ob infirmitatem claudicat.“ Sed „ob infirmitatem“ verba graeca *εἰς ἀσθένειαν* nullo modo verti possunt. Equidem neque *τήν* deleto vertere possum neque *εἰς* deleto, ut vult Lowth, contenta sum, quamquam artem grammaticam non laedit illa lectio: „Sunt indicia mentis dubiae quaeque propter infirmitatem rerum inter se repugnantium claudicat.“ Sed nescio cur vereatur infirmitatem, potius *ἀσάφειαν* vel ut ego ex *εἰς ἀσθένειαν* coniciebam *ἰσοσθένειαν.*[3]) *Εἰς* enim et *ἰσ* facillime mutari poterant, et *ἰσοσθένεια πραγμάτων* valde timenda erat. Sic verto: „indicia sunt mentis dubiae quaeque ob paria momenta rerum inter

---

[1]) *αἱρέσεως* L: corr. Wilamowitz. — [2]) *εἰς ἀσθένειαν* L: *ἰσοσθένειαν* correxi. — [3]) Iam dudum postquam hanc coniecturam feci, etiam Heysium ita coniecisse docuit Stählin p. LXXXI.

se repugnantium claudicat atque delitescit." Nihil aliud mutandum est nisi *α* in *ο* *εἰσασθένειαν ἰσοσθένειαν*, quod perfacile est.

In hac paragrapho 22 Wilamowitzius praeceptor meus mihi suppeditavit non necesse esse illud *κατήχθημεν εἰς ἐποχήν* olere virum scepticum, ut vult Arnimius, sed Clementem ipsum, non quo ipse esset *Πυρρώνειός τις*, sed quod in nonnullis rebus iudicium suspendit. Mihi quoque videtur Clemens hic ea, quae antea § 16 legebamus in scepticorum refutatione *οὐ μόνον οἱ ἐφεκτικοὶ ἀλλὰ καὶ πᾶς δογματικὸς ἔν τισιν ἐπέχειν εἴωθεν ἤτοι παρὰ γνώμης ἀσθένειαν ἢ παρὰ πραγμάτων ἀσάφειαν ἢ παρὰ τὴν τῶν λόγων ἰσοσθένειαν*, copiosius exponere, ut in stromate VIII. perficiendo demonstret, opus esse deum veritatem nobis patefacere, cum et animorum infirmitate et rerum obscuritate ad *ἐποχήν* ducamur et *ἐποχή* philosophiae fundamento careat. Clementis verba sunt, doctrina est sceptica trita. Nam Aenesidemus[1]) quoque duas causas supremas iudicii suspendendi afferebat, mentem humanam infirmam et rerum obscuritatem, e quibus decem illi *τρόποι* oriuntur et porro *ἐποχή*. Neque minus Sexti[2]) *τῶν τρόπων* series eadem ratione instituta est, quoniam si accuratius decem eius causas perlegimus invenimus (I) 1.—4. e mente humana (II) 5.—10. e rebus, (1) 5.—9. e perspicuis (2) 10. e non perspicuis sumptas esse. Diogenes Laertius[3]) IX 87 iisdem causis utitur, sed ea quae e perspicuis rebus sumuntur postponit.

---

[1]) Arnim, Quellenstudien zu Philo von Alexandria 59—70. Philo de ebrietate M I 383. — [2]) Sext. Emp. P. H. I 38. Quod de tribus causis dicit, Sextus lapsus est; equidem non intellego quid voluerit. — [3]) Neque vero Diogeni ipsi tribuo tam falso sua composuisse ut cum Favorini et Sexti tropis suos conferret: *τὸν ἕνατον* (scil. *τρόπον*) *Φαβωρῖνος ὄγδοον, Σέξτος δὲ καὶ Αἰνησίδημος δέκατον. ἀλλὰ καὶ τὸν δέκατον Σέξτος ὄγδοόν φησι, Φαβωρῖνος δὲ ἕνατον.* In singulis *τρόποις* comparandis intellegimus Sextum non nonum Diogenis *(ὁ παρὰ τὸ ἐνδελεχὲς ἢ ξένον ἢ σπάνιον)*, sed quintum *(ὁ παρὰ τὰς ἀγωγὰς καὶ τοὺς νόμους . . .)*, decimum *(ὁ παρὰ τὰς ἀγωγὰς καὶ τὰ ἔθη καὶ τοὺς νόμους . . .)* nominasse, et cum re vera decimus Diogenis *(ὁ κατὰ τὴν πρὸς ἄλλα σύμβλησιν)* sit octavus Sexti *(ὁ ἀπὸ τοῦ πρός τι)*, culpam huius erroris non Diogeni ipsi tribuo sed scribae alicui, qui pro *τὸν ἕνατον Φαβωρῖνος ὄγδοον, τὸν*

Et eodem modo bipartitae sunt causae ἐποχῆς in Clementis § 16 (I) γνώμης ἀσθένεια (II) 1. πραγμάτων ἀσάφεια 2. λόγων ἰσοσθένεια.

Cum etiam apud alios scriptores definitiones notionum αἱρέσεως et δόγματος reperiantur, eas comparatura sum cum Clementini auctoris doctrina, ut inquiram, unde ille hauserit sua. Clem. str. VIII 16 αἵρεσίς ἐστι πρόσκλισις δογμάτων, ἢ ὥς τινες, πρόσκλισις δόγμασι πολλοῖς ἀκολουθίαν πρὸς ἄλληλα καὶ τὰ φαινόμενα περιέχουσιν[1]) πρὸς τὸ εὖ ζῆν συντείνουσα.

Sext. Emp. P. H. I 16 Εἰ μέν τις αἵρεσιν εἶναι λέγει πρόσκλισιν δόγμασι πολλοῖς ἀκολουθίαν ἔχουσιν πρὸς ἄλληλά τε καὶ φαινόμενα καὶ λέγει δόγμα τινὶ ἀδήλῳ συγκατάθεσιν, φήσομεν μὴ ἔχειν αἵρεσιν. εἰ δέ τις αἵρεσιν εἶναι φάσκει τὴν λόγῳ τινὶ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀκολουθοῦσαν ἀγωγὴν ἐκείνου τοῦ λόγου ὡς ἔστι ὀρθῶς δοκεῖν ζῆν ὑποδεικνύοντος . . . . αἵρεσίν φαμεν ἔχειν.

Diog. L. I 19 Ἔνιοι δὲ κατά τι μὲν αἵρεσιν εἶναί φασιν αὐτὴν κατά τι δὲ οὔ. δοκεῖ μὲν γὰρ αἵρεσις εἶναι, αἵρεσιν δὲ λέγομεν τὴν λόγῳ τινὶ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀκολουθοῦσαν ἢ δοκοῦσαν ἀκολουθεῖν (ἀγωγήν). καθ' ὃ εὐλόγως ἂν αἵρεσιν τὴν Σκεπτικὴν καλοῦμεν. εἰ δὲ αἵρεσιν νοοῖμεν πρόσκλισιν δόγμασιν ἀκολουθίαν ἔχουσιν οὐκέτ' ἂν προσαγορεύοιτο αἵρεσις. οὐ γὰρ ἔχει δόγματα.

Pseudogal. hist. phil. 7 Τὴν αἵρεσιν ὑπολαμβάνουσί τινες εἰρῆσθαι τριχῶς, κοινῶς καὶ ἰδίως καὶ ἰδιαίτατα. κοινῶς μὲν τὴν τινὶ πράγματι τῶν κατὰ τὸν βίον συγκατάθεσιν, ἰδίως δὲ τὴν ἐν τέχνῃ, ἰδιαίτατα δὲ τὴν ἐν φιλοσοφίᾳ. κατ' ἔννοιαν δὲ τὴν αἵρεσιν εἶναι πρόσκλισιν δογμάτων πολλῶν πρὸς ἄλληλα συμφώνων[2]) πρὸς ἓν τέλος ἀναφερόντων.

δὲ ε̄ Σέξτος καὶ Αἰνεσίδημος δέκατον . . . legebat τὸν δὲ [ε̄] Σέξτος . . . et verba τὸν δέ quae sensu carebant omittebat. Incommode accidit quod Favorini τρόποι conferri non possunt.

[1]) περιέχουσα L: corr. Pott. — [2]) post σύμφωνον (sic) add. εἶναι A: οὖσαν (e coni.) B: ἢ Usener: εἶναι e verbis paulo ante lectis falso repetitum deleo collatis Pseudogaleni def. med. Kühn XIX p. 352 v. 15 et Clem. str. VIII 16. 924 P.

Pseudogal. def. med. 12 *αἵρεσίς*[1]) *ἐστι πλήθους*[2]) *δογμάτων πρόσκλισις*[3]) *τεχνικῶς συντεταγμένων*[4]) *καὶ ἐφ' ἓν τέλος ἐχόντων τὴν ἀναφοράν. ἢ οὕτως· αἵρεσίς ἐστι σύστημα δογμάτων ἀκολουθούντων ἀλλήλοις τε καὶ τοῖς φαινομένοις ἢ*[5]) *νομιζομένων ἀκολουθεῖν. δύναιτο δὲ ἄν τις καὶ οὕτως εἰπεῖν· αἵρεσίς ἐστι συγκατάθεσις πλειόνων δογμάτων ἀλλήλοις καὶ τοῖς φαινομένοις ἀκολουθούντων ἢ νομιζομένων ἀκολουθεῖν. εὑρίσκεται δὲ καὶ τοιοῦτός τις ὅρος· αἵρεσίς ἐστι πρόσκλισις πλήθους δογμάτων ἀκολουθίαν ἐχόντων ἑαυτοῖς καὶ τοῖς φαινομένοις. ἢ οὕτως· αἵρεσίς ἐστι πρόσκλισις ἐπὶ πλήθει δογμάτων ἀκολουθίαν ἐχόντων πρὸς ἄλληλα ἐφ' ἓν τέλος.*

Utrum sceptici pro secta haberi possent necne, valde disputatum esse apparet ex Aristoclis verbis[6]), qui duas de hac re sententias sibi cognitas repudiat, cum et scepticos sectam philosophiae et doctrinam rationem aliquam sequentem esse neget neque philosophiae nomen iis tribuat. Aristocles igitur cum Sexto Empirico et Diogene Laertio haec duo scepticorum nomina *αἵρεσις* et *ἀγωγὴ λόγων* communia habet.

Aristocles Sextum aetate antecedit[7]), qui tam brevibus verbis has duas definitiones tangit, ut constet eum illas neque ipsum invenisse neque primum collegisse.

---

[1]) *τί ἐστιν αἵρεσις* cod. Paris. suppl. gr. 446 s. XI, cuius varias lectiones Dielesius mihi suppeditavit. — [2]) *ἐστιν πλήθη* cod. Paris. suppl. gr. 446. — [3]) *προσκλήσει* cod. Paris. suppl. gr. 446. — [4]) *συντεταγμένη ἐφ' ἓν τέλος τὴν ἀναφορὰν ἐχόντων* cod. Paris. suppl. gr. 446. — [5]) *ἢ — πρὸς ἄλληλα ἐφ' ἓν τέλος* om. cod. Paris. suppl. gr. 446. — [6]) Euseb. praep. ev. XIV 18, 29: *ὅτι μὲν οὖν τὴν τοιαύτην, εἴτε αἵρεσιν εἴτε ἀγωγὴν λόγων εἴτε ὅπη καὶ ὅπως ἐθέλει τις καλεῖν αὐτὴν οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν ὀρθὴν εἶναι φαίη δῆλον.* — [7]) Zeller, Gesch. d. gr. Phil. III 1 p. 785 et 686. Alexander Aphrodisiensis Septimio Severo imperatore (193—211) docebat. Aristocles praeceptor circiter 30 annis maior fuit, ut circa annum 180 eum floruisse putem nisi forte iam prius. Sexti Empirici Zeller, Gesch. d. gr. Phil. III 2 p. 10 docet Galenum mentionem non facere, qui circiter anno 200 mortuus permultos scepticos nominat. Unde apparet Sextum ante annum 200 ut scriptorem non inclaruisse. Quod Vollgraff, Revue de Philologie 1902 p. 201 contendebat Sextum 115—135 docuisse minime mihi persuasit, ut crederem, cum et tot philosophos scepticos iisdem nominibus, variis patriis allatis medicos significare et Marc. Ant. *εἰς ἑαυτόν* I 9: *τὸ καταληπτικῶς καὶ ὁδῷ ἐξευρετικόν τε καὶ τακτικὸν τῶν εἰς*

Sextus autem ex Aristoclis verbis sua non sumpsit, quia multo plus quam ille adfert, neque alio loco probatur eum Aristoclem expilasse. Sed Diogenes ille e Sexto vel scriptore simillimo vel qui Sexti verba aliquantum mutabat pendere mihi videtur.

Apud Sextum invenimus duas sententias et definitiones vocis *αἱρέσεως*, alteram quae scepticos sectam non nominat, alteram quae nominat ut Sextus ipse, quae simillimae apud Diogenem mutato ordine inveniuntur. Diogenes non plura addit nisi *ἣ δοκοῦσαν ἀκολουθεῖν*, quod quidem ipse vel eius auctor addidisse potest qui monere volebat non omnes sectas re vera *λόγον τινὰ* sequi, sed breviora reddit omissis verbis *πολλοῖς, πρὸς ἄλληλά τε καὶ φαινόμενα, καὶ λέγει δόγμα τινὶ ἀδήλῳ συγκατάθεσιν* neglecta explicatione vocis *λόγων ἀγωγῆς*.

Diogenes[1]) nominat decem sectas philosophiae ethicae et dicit Hippobotum novem enumerasse.

Diogenis:	Hippoboti:
Ἀκαδημαϊκή	*Ἀκαδημαϊκή*
Κυρηναϊκή	*Κυρηναϊκή*
Ἠλιακή	—
Μεγαρική	*Μεγαρική*
Κυνική	—
Ἐρετρική	*Ἐρετρική*
Διαλεκτική	—
Περιπατητική	*Περιπατητική*
Στωική	*Στωική*
Ἐπικούρειος	*Ἐπικούρειος*
—	*Ἀννικέρειος*
—	*Θεοδώρειος*

Tum Diogenes vel is quem expilabat nominatim enumerat tres prioris seriei sectas quas in altera non exstare videbat „*οὔτε τὴν Κυνικὴν οὔτε Ἠλιακὴν οὔτε Διαλεκτικήν*“. Tum mente supplendum est: cur Hippobotus has non sectas nominaverit

βίον ἀναγκαίων δογμάτων de philosopho sceptico dici necesse esset, quod fieri nequit.

[1]) cf. v. Wilamowitz, Hermes 34 p. 629.

mirum est, sed non quod Pyrrhonios silentio praeteribat, quibus plurimi id nomen tribuere noluerunt. Iam scriptor ad illas Sexti similes sententias se confert; Sextus scepticos modo sectam appellat modo non appellat, sed claris verbis non dicit, utra definitione utendum sit, quamquam e toto illius opere elucet eum sectam, id est *λόγων ἀγωγήν*, scepticos putasse. Diogenis auctor certis verbis scepticos sectam nominat. Diogeni ipsi neque comparationem seriei philosopharum sectarum neque compositionem duarum definitionum[1]) tribuo, sed eidem auctori, quo Diogenes usus etiam IX 87 *τρόπους ἐποχῆς* variorum philosophorum confert. Cum praeterea intellegamus e libro IX. Diogenem a Sexto longe discedere (de quibus postea), scimus Sextum eius auctorem non fuisse; Sextum non ex Aristocle pendere antea probavi. Stemma hoc facio:

x est liber qui illas duas sententias, num essent sceptici secta, primus componebat aut a viro sceptico aut a scriptore contra scepticos pugnante confectus. Verisimilius est virum scepticum hoc fecisse, ut defenderet scepticos ab iis qui neque philosophiae neque sectae nomen iis tribuebant. *Ὑπόμνημα* est liber scepticus qui Sexti sententias aliquantum mutabat et (Diog. L. IX 87) Sexti *τρόπους ἐποχῆς* cum Favorinianis et suis et (Diog. L. I 19) seriem decem sectarum cum Hippoboti serie conferebat.

Prior Sexti definitio paene eadem est atque Clementina altera, sed cum auctor Clementinus plura adferat *πρὸς τὸ εὖ ζῆν συντείνουσα* quae non Clemens ipse ex suo ingenio addebat, praesertim autem cum antea in § 16 Clementis str. VIII inter-

---

[1]) *ἔνιοι δὲ κατά τι μὲν αἵρεσιν εἶναί φασιν αὐτὴν, κατά τι δ' οὔ.*

pretanda intellexerimus Clementinas illas definitiones quae inter fragmenta contra scepticos scripta leguntur, e libro tali indole praedito fluxisse, neque Clementem e Sexto, neque Clementis auctorem et Sextum ex eodem fonte hausisse censeo, sed Sexti fontem, dico illum librum x, esse scepticum, Clementis auctorem contra scepticos pugnavisse. At tamen aliquo modo cognati videntur, cum similes definitiones adferant. Verisimillimum est utrumque in exemplari suo plures *αἱρέσεως* definitiones legisse, non modo duas. Neque vero omnes descripsit Clementinus ille auctor, sed quibus demonstrare posset scepticos omnino sectam non esse, ut fieri possit ut praeter alias etiam eam definitionem cognoverit, quae scepticos *λόγων ἀγωγήν* nominabat. Sexti fons x ex eodem libro, quem y nomino et qui plures definitiones adferebat, elegit quibus contenderet scepticos sectam esse et non esse, quod philosophi sceptici est, cui omnes res incertae sunt.

Sed quid sibi vult illa prior definitio Clementina *πρόσκλισις δογμάτων*? Probare videtur Clementis auctorem non ex libro hausisse qui ut x duas tantum definitiones continebat, sed ex tali qui plures habebat. Illa verba Clementina *ὥς τινες* non Clementi qui certe non plures libros ad has definitiones componendas conferebat, sed eius auctori tribuo qui non ipse definitiones inveniebat, sed ex aliis colligebat, ut scepticos refutaret.

Nullo alio loco invenitur definitio tam brevis *πρόσκλισις δογμάτων*, quae quidem simplicissima forma alterius definitionis *αἱρέσεως* esse videtur, cum illa *πρόσκλισις δόγμασι πολλοῖς ἀκολουθίαν ἔχουσιν πρὸς ἄλληλα καὶ τὰ φαινόμενα* nihil aliud faciat nisi ut eam explicet. Sed cur et *πρόσκλισις δογμάτων* et *πρόσκλισις δόγμασι* legimus? *πρόσκλισις* est inclinatio animi ad aliquam rem, ita ut *πρόσκλισις δόγμασι* dicentes sub voce *πρόσκλισις* verbum *προσκλίνειν δόγμασι* audiamus, cum *πρόσκλισις δογμάτων* nomen substantivum sit, neque vis verbi sentiatur. Neque vero *πρόσκλισις δογμάτων* est lapsus scribae, cum etiam Pseudogaleni historia philosopha et definitiones medicae eodem casu utantur; at tamen deterius est et posteriorem auctorem olet.

Nunc Aristocle, Sexto, Diogene, Clemente collatis stemma faciam:



Clementis auctorem, ut scepticos refutaret, Sextum, ut defenderet, eodem libro usos esse conicio; de indole libri y iam accuratius disserere non possum.

Auctor Clementinus et cum Pseudogaleni historia philosopha et cum Sexto aliquo modo cognatus esse videtur, qui uterque de fine *αἱρέσεως* dicit. Quamquam Sextus illum finem ad alteram *αἱρέσεως* definitionem addit [1]), Pseudogaleni historia philosopha [2]) et Clemens [3]) ad alteram. Sextus finem *λόγου* dicit *τὸ ὀρθῶς ζῆν*, Clemens *προσκλίσεως* finem *τὸ εὖ ζῆν*, Pseudogalenus finem non nominat; sed *δόγματα σύμφωνα πρὸς ἓν τέλος ἀναφέροντα* non sunt dogmata quae mutuo se consecuta ad unum finem logicum feruntur, potius quae mutuo se consecuta ad unum finem ethicum id est unam rationem se gerendi tendunt. Finis logicus vel ratio graece esset *λόγος (πρὸς ἕνα λόγον ἀναφέροντα)*.[4])

Sed quo modo Pseudogalenus cum stemmate coniungitur? Etiamne hic ut Clementis auctor et Sexti e libro y pendet?

Primum luce clarius est, Pseudogaleni historiae philosophae fontem nondum illas definitiones attulisse, ut de scepticis

---

[1]) *τὴν λόγῳ τινὶ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀκολουθοῦσαν ἀγωγὴν ἐκείνου τοῦ λόγου ὡς ἔστιν ὀρθῶς δοκεῖν ζῆν ὑποδεικνύοντος (τοῦ ὀρθῶς μὴ μόνον κατ' ἀρετὴν λαμβανομένου ἀλλ' ἀφελέστερον) καὶ ἐπὶ τὸ ἐπέχειν δύνασθαι διατείνοντος . . . .* — [2]) *τὴν αἵρεσιν εἶναι προσκλισιν δογμάτων πολλῶν πρὸς ἄλληλα συμφώνων πρὸς ἓν τέλος ἀναφερόντων.* — [3]) *προσκλισις δόγμασι πολλοῖς ἀκολουθίαν πρὸς ἄλληλα καὶ τὰ φαινόμενα περιέχουσι πρὸς τὸ εὖ ζῆν συντείνουσα.* — [4]) Sext. Emp. P. H. I 25 *τέλος* esse dicit: *τὸ οὗ χάριν πάντα πράττεται ἢ θεωρεῖται, αὐτὸ δὲ οὐδενὸς ἕνεκα, ἢ τὸ ἔσχατον τῶν ὀρεκτῶν.*

diceret, sed ut notionem *αἱρέσεως* inter alias statueret. Quod nisi ita esset, non inter quattuor sectas philosophiae etiam scepticos numerasset. Mihi quidem videntur sumptae e prooemio historiae philosophae alicuius, in quo libro de variis sectis dicebatur, quo modo etiam Diogenis liber constitutus est.[1]) Deinde Pseudogalenus nos docet fontem suum definitiones saepe non singulas dedisse, sed cum complures tum saepissime sic divisas: *τριχῶς, κοινῶς, ἰδίως, ἰδιαίτατα*[2]) quae forma divisionis etiam apud Sextum Empiricum nobis occurrit.[3]) Sextum et Pseudogalenum eundem librum et eum stoicum in manibus habuisse probavit Diels.[4])

Sed cum constet Sextum et Pseudogalenum libro stoico usos esse, Sextum et Aristoclem libro qui de scepticis agebat, sequitur ut Sexto et liber stoicus et scepticus in manibus fuerit. Pseudogaleni, Sexti, Clementini auctoris cognationem iam animadvertimus, cum de fine *αἱρέσεως* dicant, Clementini auctoris et Pseudogaleni ex usu grammatico *(πρόσκλισις δογμάτων)*. Unde apparet Pseudogalenum et Clementis auctorem ex uno eodemque fonte stoico hausisse quo etiam Sextus usus stoica illa inserebat scepticis, et librum y quem antea certis lineamentis circumscribere non poteramus, stoicum esse.



Definitiones medicas Pseudogaleni ex aliis libris exscriptas esse profitetur scriptor ipse (Kühn XIX 347). Definitionum quae

---

[1]) cf. Diels Doxogr. p. 72 et 79 unde apparet et Arii Didymi librum prooemio de philosophia dicente praeditum fuisse et libros *περὶ αἱρέσεων* inscriptos non semper temporum ratione compositos etiam dogmata complexos esse. — [2]) cf. Diels Doxogr. p. 605, 2 et 606, 10. — [3]) Sext. Emp. P. H. II 15. — [4]) Diels Doxogr. p. 252.

hic allatae sunt prima et quinta paene eaedem sunt ac Pseudo-gal. hist. phil. 7, quarta simillima alteri Clementis et priori Sexti, secunda et tertia alteri Diogenis Laertii.

Scriptor definitionum medicarum neque illas duas de secta sceptica sententias quas et Aristocles et Sextus et Diogenes adferunt cognovit neque illam Clementinam priorem definitionem simpliciorem *προσκλισις δογμάτων*, ita ut neque e x neque e y libris hauriret. Sed videntur complures libri qui definitiones philosophiae continerent exstitisse; neque enim fieri non potest, ut illi libri qui *περὶ αἱρέσεων* inscribuntur initio vim vocis *αἱρέσεως* constituerint.[1]) Nec solum hi libri qui doctrinam sectarum tractabant velut Galeni *περὶ αἱρέσεων* sed etiam qui temporum vel generis philosophandi ratione compositi erant ut Hippoboti[2]) de vi vocis *αἱρέσεως* praefati esse possunt.

Illud Platonis Definit. 413 B: *αἵρεσις δοκιμασία ὀρθή* cum his aliis definitionibus certe non cohaeret.

Neque minus quae adfert Elias in Categoriis[3]) *αἵρεσίς ἐστιν ἀνδρῶν ἀστείων δόξα πρὸς μὲν ἑαυτοὺς συμφωνούντων πρὸς δὲ ἄλλους διαφωνούντων* cum his nihil commune habent.

Iam quaestione de definitionibus *αἱρέσεως* vocis confecta invenimus quattuor novos libros, quos brevibus verbis describere mihi liceat.

1. *Ὑπόμνημα* quod nominabam est liber scepticus, qui Sexti sententiis usus nonnulla et ea gravissima ut *τρόπους ἐποχῆς* mutabat, Sexti cum Favorini doctrinam, seriem decem sectarum cum Hippoboti serie conferebat.

2. Clementini auctoris definitiones inter fragmenta contra scepticos scripta servatas scriptoris qui cum scepticis pugnat esse verisimile est.

3. Liber quem x appellavi primus illas duas sententias, num sit secta schola scepticorum, composuit. Quas sententias quae dicunt scepticos dogmata et habere sectam et non habere a viro sceptico confectas esse censere aptissimum est, cum

---

[1]) cf. Diels Doxogr. p. 72 et 79. — [2]) cf. Diog. L. I 20. — [3]) Comment. Arist. XVIII 1 p. 108, 21 ed. Ad. Busse.

sceptici dicant res et esse et non esse. Nisi fallor hic vir scepticus fuit Aenesidemus. Vir enim praeclarus hoc fecit, cum et Aristocles et Sextus eum sequantur. Aristocles postremo Aenesidemo nominato illas duas sententias profert neque alium virum scepticum Aenesidemi successorem nominat, unde verisimile est eam quaestionem, num sint sceptici secta necne, ab Aenesidemo institutam esse, qui in primo *Πυρρωνείων* libro de discrimine Scepticorum et Academicorum contendebat et contra Academicos ut contra dogmaticos pugnabat. In quo discrimine explicando non dubito, quin necesse fuerit Aenesidemum, cum negaret scepticos ullo dogmate uti[1]), definitionem non solum dogmatis afferre sed etiam sectae, quam communi sensu nominandam esse scepticos negabat, sed nihil aliud nisi doctrinam aliquam quae rationem sequeretur. Neque enim mihi videtur his definitionibus responderi dogmaticis philosophis scepticos accusantibus, quod secta non essent, cum illi potius dicerent eos omnino philosophia carere[2]); quamquam a viro sceptico dictum esse se neque ulli philosophiae sectae adscriptum esse neque propriam sequi sectam aptissimum mihi videtur. Quem virum Aenesidemum fuisse probare mihi etiam inde liceat, quod inter Aenesidemi verba servata numquam reperitur vox *αἵρεσις σκεπτική*[3]), sed *ἡ σκεπτικὴ ἀγωγή*.[4]) Unde apparet eum has definitiones bipertitas iam cognovisse et ipsum primum invenisse, ut discrimen scepticorum et dogmaticorum clarius redderet. Aenesidemi scriptis Sextum usum esse iam constabat, nunc Aristoclem quoque ea cognovisse intellegimus.

4. Liber quem y nominabam plures definitiones uniuscuiusque notionis afferebat saepe sic divisas: *τριχῶς, κοινῶς, ἰδίως, ἰδιαίτατα,* historia philosopha vel historia sectarum erat eaque stoica.

---

[1]) cf. Phot. cod. 212 ed. Bek. p. 169 b. 41. — [2]) cf. Aristocl. Euseb. praep. ev. XIV 18, 29. — [3]) Phot. cod. 212 p. 169 b. 23 et a Photio ipso vox *αἵρεσις* adhibita esse potest et *ἄλλος* sermone graeco saepe non accurate secundum artem logicam ponitur. — [4]) Sext. Emp. P. H. I 210.

Pergit Clemens definitionem dogmatis vocis dare quae neque una earum est quas Sextus E. P. H. I 13 adfert neque de dogmate scepticorum agit. Sed caveamus ne obliviscamur brevissima excerpta esse.

Ut antea definitiones *αἱρέσεως* vocis nunc *δόγματος* descriptura sum: Clem. str. VIII 16. *καὶ τὸ μὲν δόγμα ἐστὶ κατάληψίς τις λογική, κατάληψις δὲ ἕξις καὶ συγκατάθεσις τῆς διανοίας.*

Sext. E. P. H. I 13. *δόγμα τὸ εὐδοκιμεῖν τινι πράγματι* vel *δόγμα εἶναι τήν τινι πράγματι τῶν κατὰ τὰς ἐπιστήμας ζητουμένων ἀδήλων συγκατάθεσιν.* I 16 *καὶ λέγει δόγμα τινὶ ἀδήλῳ συγκατάθεσιν.*[1])

Pseudogal. def. med. 13 [2]): *δόγμα ἐστὶ τὸ μὲν ἰδίως τὸ δὲ κοινῶς λεγόμενον. κοινῶς μὲν ἡ*[3]) *ἐνεργεία πράγματος συγκατάθεσις*[4]), *ἰδίως δὲ (ἡ λόγῳ)*[5]) *πράγματος συγκατάθεσις, διὸ δὴ μᾶλλον ἡ λογικὴ αἵρεσις δογματικὴ κέκληται. δόγμα*[6]) *ἑκατέρως καλεῖται τότε δοξαζόμενον καὶ ἡ δόξα αὐτή. τὸ μὲν πρότασίς ἐστι, τὸ δὲ ὑπόληψις.*[7])

Diog. L. III 51. 52: *ἐπεὶ δὲ πολλὴ στάσις ἐστὶ καὶ οἱ μὲν φασὶν αὐτὸν* (scil. Platonem) *δογματίζειν οἱ δ' οὔ, φέρε καὶ περὶ τούτων διαλάβωμεν. αὐτὸ τοίνυν τὸ δογματίζειν ἐστὶ δόγματα τιθέναι ὡς τὸ νομοθετεῖν νόμους τιθέναι. δόγμα δὲ ἑκατέρως καλεῖται τό τε δοξαζόμενον καὶ ἡ δόξα αὐτή. τούτων δὲ τὸ μὲν δοξαζόμενον πρότασίς ἐστιν, ἡ δὲ δόξα ὑπόληψις.*[7]) *ὁ τοίνυν Πλάτων περὶ μὲν ὧν κατείληφεν ἀποφαίνεται, τὰ δὲ ψευδῆ διελέγχει, περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ἐπέχει.*[1])

Sextus E. adv. log. I 151 doctrinam stoicorum exponit: *ἐπιστήμην μὲν εἶναι τὴν ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν καὶ ἀμετάθετον ὑπὸ λόγου κατάληψιν, δόξαν δὲ τὴν ἀσθενῆ καὶ ψευδῆ συγκατάθεσιν, κατάληψιν δὲ τὴν μεταξὺ τούτων, ἥτις ἐστὶ καταληπτικῆς φαντασίας συγκατάθεσις.*

---

[1]) cf. Plut. de prim. frig. 23 p. 955 *χαίρειν ἔα τὰς δόξας τὸ ἐπέχειν ἐν τοῖς ἀδήλοις τοῦ συγκατατίθεσθαι φιλοσοφώτερον ἡγούμενος.* — [2]) *τί ἐστι δόγμα* cod. Paris. suppl. gr. 446. — [3]) *ἡ* om. cod. Paris. suppl. gr. 446. — [4]) *ἐπικατάθεσις.* cod. Par.: *ἰδίως δὲ πράγματος συγκατάθεσις* om. cod. Paris. — [5]) *ἡ λόγῳ* addidi. — [6]) *δόγμα — ὑπόληψις* om. cod. Paris. — [7]) cf. Sext. E. P. H. I 147.

Clementem in definitionibus dandis cum unum eundemque auctorem et librum y sequi quem antea verisimillimum est, tum eum stoicam definitionem descripsisse apparet ex similitudine Clementinae *δόγματος* et stoicae *ἐπιστήμης* definitionum, non quo idem esset *δόγμα* et *ἐπιστήμη* stoicis philosophis, sed quod terminis stoicis uterque utitur, et Clemens et Sextus.[1])

Sextus duas definitiones *δόγματος* vocis exstare docet, quarum altera scepticos dogmata habere dicit, altera negat. Qua re commotae, cum id ad indolem scepticam aptissimum et iam antea in *αἱρέσεως* vocis definitionibus inventum sit, concludere mihi liceat Sextum dogmatis et sectae definitiones ex eodem fonte sumpsisse, ex libro x dico, quem ab Aenesidemo confectum antea contendebam. Neque mihi obstare videtur quod Aenesidemus[2]) ipse[3]) negabat scepticos ullo dogmate uti, quoniam verisimile est eum initio libri sui, cum discrimen dogmaticorum et scepticorum statuendum esset, paulo audacius, ut in pugna fieri solet, nimia afferre, cum dicebat dogmatis vocis vi communi usus: *παντὸς ἀπολελυμένοι δόγματος*, postea autem ubi breviter totam doctrinam scepticorum exponebat[4]) etiam de dogmate et secta verba fecisse. Idem facit Sextus[5]); sed paulo post illas duas definitiones addit, ut statim illi enuntiato, quod negat scepticos dogmata habere, imponat modum. At tamen Aenesidemus hoc non facit hic, immo non potest, nisi pugnans cum dogmaticis philosophis se ipsum hac re laederet.

Sed qua re inducti et Sextus et Clementis auctor dogma actionem consensus putant, non placitum ipsum, ut et Platonem et alios fecisse scimus? Erat sane definitio quae dogma placitum dicebat, qua non utuntur, quod eorum non interest exponere, quid placeat scepticis vel dogmaticis, sed num sceptici omnino cui rei assentiantur. Ex duabus igitur iam cognitis

---

[1]) Sext. E. ad. log. I 151. — [2]) Phot. cod. 212 ed. Bek. p. 169 b. 41 *παντὸς ἀπολελυμένοι δόγματος*. — [3]) cod. 212 ed. Bek. p. 169 b. 37 *μικροῦ γλώσσῃ αὐτῇ ταῦτά φησι, ὡς οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Ἀκαδημίας . . .* — [4]) cod. 212 p. 170 b. 1. — [5]) Sext. E. P. H. I 12 *ἀπὸ γὰρ τούτου καταλήγειν δοκοῦμεν εἰς τὸ μὴ δογματίζειν. λέγομεν δὲ μὴ δογματίζειν τὸν σκεπτικὸν οὐ κατ' ἐκεῖνο τὸ σημαινόμενον. . . .*

unam solam adhibent definitionem; exstitisse duas, *τό τε δοξαζόμενον καὶ ἡ δόξα αὐτή*, testantur et Diogenes Laertius[1]) et Pseudogalenus.[2])

Pseudogaleni definitiones medicae nullo vinculo inter se coniunctae e libro qui definitiones logicas afferebat sumptae esse mihi videntur, ita ut inde de origine harum definitionum nihil discamus. Pseudogalenus enim ille e Galeni libris et aliorum medicorum aliquas definitiones collegit medicas[3]), logicas e libro qui illi y simillimus erat, cum etiam *κοινῶς* et *ἰδίως* legamus et simillimas *αἱρέσεως* definitiones. Sed unde fluxerunt hae definitiones?

Cum alteram Pseudogaleni[4]) definitionem etiam apud Diogenem[5]) legamus, inquiramus unde hauserit Diogenes. Toto loco perlecto intellegimus § 51 ante verba *ἐπεὶ δὲ πολλὴ στάσις* ordinem sententiarum finem capere item post verba § 52 *ὁμοίους*. In quam lacunam inserta est quaestio, num Plato placitis usus sit necne. Quae antecedebant ex eodem fonte[6]), quo utebatur Albinus philosophus Platonicus, cum introductionem in opera Platonica scriberet, fluxisse probabat Freudenthal[7]) vir doctissimus. Qui quamquam demonstrabat nihil exstare nisi

[1]) Diog. L. III 52. — [2]) Pseudogal. def. med. 13. Is duo genera definitionum affert, quorum alterum premit rem cui assentimur: *κοινῶς μὲν ἡ ἐνεργείᾳ πράγματος συγκατάθεσις, ἰδίως δὲ ἡ λόγῳ πράγματος συγκατάθεσις*, (*ἡ λόγῳ* cod. om., ego addidi, cum *ἐνεργείᾳ πράγματος συγκατάθεσις* et *πράγματος συγκατάθεσις* contraria non sint et paulo post legatur *λογικὴ αἵρεσις*. cf. Sext. E. ad. log. I 154 *ἡ συγκατάθεσις οὐ πρὸς φαντασίαν γίγνεται ἀλλὰ πρὸς λόγον* et intellegas velim *ἐνεργείᾳ* idem esse atque *αἰσθήσει*; cf. Diog. L. VII 52 et Stein Psychol. d. Stoa II 136 [269]) alterum significat dogma aut placitum aut probationem: *τό τε δοξαζόμενον καὶ ἡ δόξα αὐτή*. — [3]) cf. Kühn XIX p. 347. — [4]) Altera Pseudogaleni definitio *δόγμα ἑκατέρως καλεῖται* cum priore in fonte coniuncta non erat, quod ordo sententiarum mutatus exspectatur, sic fere: *δόγμα ἑκατέρως καλεῖται τότε δοξαζόμενον καὶ ἡ δόξα αὐτή, τὸ μὲν κοινῶς τὸ δὲ ἰδίως λεγομένη, κοινῶς μὲν ἡ ἐνεργείᾳ πράγματος συγκατάθεσις, ἰδίως δὲ* ⟨*ἡ λόγῳ*⟩ *πράγματος συγκατάθεσις*. — [5]) Diog. L. III 52. — [6]) Albini fontem fuisse docuit Th. Sinko Gai Platonici librum, quem Albinus Gai discipulus hoc nomine edidit: *Ἀλβίνου τῶν Γαΐου σχολῶν ὑποτυπώσεων Πλατωνικῶν δογμάτων α — θ*. (De Apulei et Albini doctrinae Platonicae adumbratione. Cracoviae 1905.) — [7]) Hellenistische Studien III p. 266.

epitomen Albini operis, et quamquam etiam in hac Diogenis § 52, ut apud Albinum, de variis Platonis rationibus dicitur, tamen non dubito, quin haec ex Albini fonte non sumpserit Diogenes, et cum hic non de alia ratione in aliis dialogis adhibita ut apud Albinum, sed de alia ratione quam aliae personae profitentur agatur, et cum ante verba *ἐπεὶ δὲ πολλὴ στάσις* ordo sententiarum interrumpatur.

Sed quis fuit qui quaesivit, num Plato dogmata adhibuerit?

Etiam Sextus [1]) de dogmatis Platonis disserit et indicat, qui Platonem philosophum dogmaticum, qui scepticum, qui modo dogmaticum modo scepticum esse dicant. Ipse profitetur se Menodotum et Aenesidemum secutum: *κατὰ Μηνόδοτον* [2]) *καὶ Αἰνεσίδημον, οὗτοι γὰρ μάλιστα ταύτης προέστησαν τῆς στάσεως* [3]) . . . . negare Platonem, qui modo dogmatis utebatur modo ratione sceptica, philosophum scepticum esse. Idem Diogenes docet. Neque tamen ei in manibus erat doctrina Aenesidemi et Menodoti quae Sexto, cum is § 222 pugnet cum talibus qui Platonem philosophum scepticum vocent, Diogenes ipse autem sequi talem videatur, qui sine ulla pugna varias doctrinae Platonicae rationes exponat.

Certe iam ante Aenesidemum lis erat, utrum Plato dogmata habuisset necne, quoniam Aenesidemus cum Academicis, qui illum iudicium suspendisse dicebant, pugnat, et quoniam post Arcesilaum unicuique qui de Academicis scribebat quaerendum erat, num iam Plato iudicium suspendisset. Itaque verisimile est etiam in libris qui introducerent in opera Pla-

---

[1]) Sext. E. P. H. I 221 ss. — [2]) Sext. P. H. I 222: *Περμήδοτον* codd: *Μηνόδοτον* Fabricius: *Ἡρόδοτον* Pappenheim: *Ἡρόδοτον καὶ Μηνόδοτον* Zeller: *κατὰ τοὺς περὶ Μηνόδοτον καὶ Αἰνησίδημον* Natorp. Menodotus natu minor ante maiorem ponitur, quia Sexto Menodoti Aenesidemum secuti doctrina ante oculos erat, cum dicebat Platonem philosophum scepticum non fuisse, quamquam nonnullis in rebus sceptica ratione utebatur. — [3]) *στάσις* vox certe non, ut vult Zeller, Gesch. d. gr. Phil. III 2 p. 6, 2 doctrinae scepticae vim habet (cur enim hic Sextus subito insereret Menodotum et Aenesidemum duces doctrinae scepticae esse?) sed vim dissensionis paulo ante expositae, num sit Plato philosophus scepticus. cf. Diog. L. III 51: *ἐπεὶ δὲ πολλὴ στάσις* . . .

tonica illud quaesitum esse. Qualibus duobus Diogenem usum esse conicio, et Albini fonte et eo qui vocis *δόγμα* definitiones afferebat. Neque minus Aenesidemo vel Menodoto non dubito quin ante oculos fuerit talis introductio.[1])

Academicis igitur ipsis primis de Platonis doctrina sceptica quaerendum erat, cum eorum maxime interesset suam doctrinam ad Platonem reduci posse, sed magnopere doleo, quod probare non possum has definitiones dogmatis notionis *τό τε δοξαζόμενον καὶ ἡ δόξα αὐτή* ex tali introductione Platonica fluxisse in quali apud Diogenem inveniuntur. Nullo enim vinculo arto coniunctae sunt cum illa quaestione, num Plato dogmata adhibuerit, ita ut de origine nihil pro certo contendere possim.

Iam vidimus nullam causam ortam esse ex definitione *δόγματος* vocis exposita, cur stemma antea a me confectum mutarem. Clementis enim definitio e libro aliquo stoico, Sexti ex eodem libro Aenesidemi, ex quo *αἱρέσεως* quoque fluxit, videtur esse, Pseudogaleniana prior ex fonte qui iam de sectis agebat, cum de secta logica dicatur. De Pseudogalenianae alterius et Diogenis, quamquam in libro qui in Platonis opera introducebat legitur, origine nihil pro certo probare possum.

Sed redeamus ad Clementini auctoris §§ 15. 16. Cum absurdum videatur inter fragmenta mere logica subito contra scepticos pugnari, neque probari possit haec alius scriptoris esse, immo potius eiusdem verisimile sit, quoniam mediis logicis inserta sunt, coniciendum est scriptorem in *ἀποδείξεως, συλλογισμοῦ, προβλημάτων, ζητημάτων* notionibus logicis exponendis eos refutavisse qui vetabant omnino homines *ζητεῖν*, immo iubebant ab omni demonstratione contineri.

§ 22 Clemens inserebat causas *ἐποχῆς* quibus homines ad *ἐποχὴν* adducti, fundamento philosopho carentes, a deo solo

---

[1]) cf. Sext. P. H. I 221 *ἐν μὲν γὰρ τοῖς γυμναστικοῖς λόγοις .... ἀγωνιζόμενος* cum Diog. L. III 49 *δύο εἰσὶ οἱ πρῶτοι χαρακτῆρες ὅτι γυμναστικὸς καὶ ἀγωνιστικός* et Sext. P. H. I 222 *δογματικὸν δὲ ἔνθα σπουδάζων ἀποφαίνεται ἤτοι διὰ Σωκράτους ἢ Τιμαίου ἤ τινος τῶν τοιούτων* cum Diog. L. III 52 *καὶ περὶ μὲν τῶν αὐτῷ δοκούντων διὰ τεττάρων προσώπων Σωκράτους, Τιμαίου, τοῦ Ἀθηναίου ξένου, τοῦ Ἐλεάτου ξένου ἀποφαίνεται ...*

veritatem discere possunt. Quod certe post § 16 accuratius exponere in animo habuit in libro perfecto.

Tum §§ 23, 24, quae sunt de categoriis, ad eandem introductionem logicam pertinere unde pleraque fluxit apparet; §§ 25—33 legimus nonnulla de causis capita scripta quae neglegentius legenti Stoicorum esse videntur. Quo modo haec inter se conexa et ex quali doctrina hausta sint, exponam.

II. De excerptis quibus tractatur, quid philosophi de causis docuerint.

§ 25 *Τῶν αἰτίων τὰ μὲν προκαταρκτικά, τὰ δὲ συνεκτικά, τὰ δὲ συνεργά, τὰ δὲ ὧν οὐκ ἄνευ. προκαταρκτικὰ μὲν τὰ πρώτως ἀφορμὴν παρεχόμενα εἰς τὸ γίγνεσθαί τι, καθάπερ τὸ κάλλος τοῖς ἀκολάστοις τοῦ ἔρωτος. ὀφθὲν γὰρ αὐτοῖς τὴν ἐρωτικὴν διάθεσιν ἐμποιεῖ μέν*[1]*), οὐ μὴν κατηναγκασμένως. συνεκτικὰ δὲ ἅπερ συνωνύμως καὶ αὐτοτελῆ καλεῖται, ἐπειδήπερ αὐτάρκως δι' αὑτῶν ποιητικά*[2]*) ἐστι τοῦ ἀποτελέσματος. — ἑξῆς δὲ πάντα τὰ αἴτια ἐπὶ τοῦ μανθάνοντος δεικτέον. ὁ μὲν πατὴρ αἴτιόν ἐστι προκαταρκτικὸν τῆς μαθήσεως, ὁ διδάσκαλος δὲ συνεκτικόν, ἡ δὲ τοῦ μανθάνοντος φύσις συνεργὸν αἴτιον, ὁ δὲ χρόνος τῶν ὧν οὐκ ἄνευ λόγον ἐπέχει.*

Quattuor causarum generibus enumeratis singulorum definitiones afferuntur, quarum prima *προκαταρκτικὰ* nomen explicat; de causae vi nihil audimus. Neque alterius est accuratior explicatio; aliud nomen affertur, ne exemplum quidem ut primi generis. Causarum quae sequebantur *συνεργῶν* et *ὧν οὐκ ἄνευ* definitiones nullas invenimus, quamquam certe in exemplari Clementis fuerant, quoniam postea omnes quattuor causae denuo enumerantur. Post verbum *ἐπέχει* ordo sententiarum interrumpitur et legitur:

αἴτιον δὲ κυρίως λέγεται τὸ παρεκτικόν τινος ἐνεργητικῶς. ἐπεὶ καὶ τὸν σίδηρον τμητικόν φαμεν εἶναι, οὐ μόνον ἐν τῷ τέμνειν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μὴ τέμνειν, οὕτως οὖν καὶ τὸ παρεκτικὸν ἄμφω σημαίνει καὶ τὸ ἤδη ἐνεργοῦν καὶ τὸ μηδέπω μέν, δυνάμει δὲ κεχρημένον τοῦ ἐνεργῆσαι.

---

[1]) *μόνον* L: *μέν* Arnim. — [2]) *αὐτοῦ ποιητικόν* L: *αὐτῶν ποιητικά* Arnim.

Vel hoc loco intellegi potest, Clementem exemplaris ordinem non servavisse. Minime enim aptum est, priusquam de communi causarum notione actum sit singularum definitiones proferri. Neque quemquam effugere potest non solum stoicorum doctrinam in Clementis exemplari tractatam esse, sed etiam peripateticorum. Ut enim illud *αἴτιον δὲ κυρίως λέγεται τὸ παρεκτικόν τινος ἐνεργητικῶς* stoicorum [1]) est, ita postea *ἐνεργοῦν* et *δυνάμει κεχρημένον τοῦ ἐνεργῆσαι* Aristotelem olet.[2])

Tum novum excerptum incipit:

οἱ μὲν οὖν σωμάτων, οἱ δὲ ἀσωμάτων φασὶν εἶναι τὰ αἴτια, οἱ δὲ τὸ μὲν σῶμα κυρίως αἰτιόν φασιν, τὸ δὲ ἀσώματον καταχρηστικῶς καὶ οἷον αἰτιωδῶς· ἄλλοι δ' ἔμπαλιν ἀναστρέφουσιν τὰ μὲν ἀσώματα κυρίως αἴτια λέγοντες, καταχρηστικῶς δὲ τὰ σώματα, οἷον τὴν τομὴν ἐνέργειαν οὖσαν ἀσώματον εἶναι καὶ αἰτίαν εἶναι τοῦ τέμνειν, ἐνεργείας οὔσης καὶ ἀσωμάτου καὶ τοῦ τέμνεσθαι ὁμοίως τῇ τε μαχαίρᾳ καὶ τῷ τεμνομένῳ σώμασιν οὖσιν.

τὸ 'τινῶν[3]*) ἐστιν αἴτιον' λέγεται τριχῶς, τὸ μὲν 'ὅ ἐστιν αἴτιον', οἷον ὁ ἀνδριαντοποιός, ὃ*[4]*) δὲ 'οὗ ἐστιν αἴτιον', ⟨οἷον⟩*[5]*) τοῦ γίγνεσθαι τὸν ἀνδριάντα, ὃ*[4]*) δὲ 'ᾧ ἐστιν αἴτιον', ὥσπερ τῇ ὕλῃ.*[6]*) τῷ χαλκῷ γὰρ αἰτιός ἐστι τοῦ γίγνεσθαι τὸν ἀνδριάντα. — τὸ γίγνεσθαι οὖν καὶ τὸ τέμνεσθαι τὰ 'οὗ ἐστιν αἴτιον'*[7]*) ἐνέργειαι οὖσαι ἀσώματοί εἰσιν. — εἰς δν λόγον κατηγορημάτων ἤ, ὥς τινες, λεκτῶν (λεκτὰ γὰρ τὰ κατηγορήματα καλοῦσιν Κλεάνθης καὶ Ἀρχέδημος) τὰ αἴτια ἢ ὅπερ καὶ μᾶλλον, τὰ μὲν κατηγορημάτων αἴτια λεχθήσεται, οἷον τὸ τέμνεται, οὗ πτῶσις τὸ τέμνεσθαι, τὰ δ' ἀξιωμάτων, ὡς τὸ ναῦς γίγνεται, οὗ πάλιν [ἡ]*[8]*) πτῶσίς ἐστι τὸ ναῦν γίγνεσθαι. (Ἀριστοτέλης δὲ προσηγορίαν*[9]*), οἷον τῶν τοιούτων, οἰκίας, νεώς, καύσεως, τομῆς.) ἡ πτῶσις δὲ ἀσώματος εἶναι ὁμολογεῖται. διὸ καὶ τὸ*

---

[1]) cf. Sext. E. P. H. III 14 *δόξαι δ' ἂν αἴτιον εἶναι κοινότερον κατ' αὐτοὺς δι' ὃ ἐνεργοῦν γίγνεται τὸ ἀποτέλεσμα.* — [2]) cf. Arist. Phys. 195 b. 3 *πάντα δὲ καὶ τὰ οἰκείως λεγόμενα* (scil. *αἴτια*) *καὶ τὰ κατὰ συμβεβηκὸς τὰ μὲν ὡς δυνάμενα λέγεται, τὰ δὲ ὡς ἐνεργοῦντα.* — [3]) *τίνων* L: correxi. — [4]) *ὁ* L: corr. Wilamowitz. — [5]) *οἷον* add. Mewaldt. — [6]) *ἡ ὕλη* L: corr. Wilamowitz. — [7]) *αἴτια* L: correxi. — [8]) *ἡ* del. Wilamowitz. — [9]) *Ἀ. δὲ προσηγορίαν* scil. *φησίν.*

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

σόφισμα ἐκεῖνο οὕτως λύεται 'ὃ λέγεις διέρχεταί σου διὰ τοῦ στόματος', ὅπερ ἀληθές, 'οἰκίαν δὲ λέγεις, οἰκία ἄρα διὰ τοῦ στόματός σου διέρχεται', ὅπερ ψεῦδος. οὐδὲ γὰρ τὴν οἰκίαν λέγομεν σῶμα οὖσαν, ἀλλὰ τὴν πτῶσιν ἀσώματον οὖσαν, ἧς οἰκία τυγχάνει.

Quaeritur et utrum causa sit causa corporum an notionum non corporearum[1]), et num causa ipsa corpus sit. Neque enim *σωμάτων* et *ἀσωμάτων* in *σώματα* et *ἀσώματα* mutanda esse censeo, quia postea legitur *τὸ μὲν σῶμα, τὸ δὲ ἀσώματον, τὰ μὲν ἀσώματα, τὰ σώματα;* et quia alterum *τὰ αἴτια* subiectum alterum *αἴτιον εἶναι* praedicatum est, duae sententiae exstare mihi videntur. Tum stoicorum et peripateticorum doctrina exposita ad stoicum[2]) exemplum transimus verbis *τὸ τινῶν*, a quibus novum excerptum incipit; quod quidem cum antecedentibus coniungebatur a Clemente ipso, cum duo illa exempla supra allata complectebatur: *τὸ γίγνεσθαι οὖν* (scil. *τὸν ἀνδριάντα) καὶ τὸ τέμνεσθαι τὰ 'οὗ ἐστιν αἴτιον' ἐνέργειαι οὖσαι ἀσώματοί εἰσιν.*

Notio a nonnullis laudata '*ἐστὶν αἴτιον*' tribus modis fertur, *ὅ ἐστιν αἴτιον, οὗ ἐστιν αἴτιον, ᾧ ἐστιν αἴτιον.* Tum Clemens *τὸ γίγνεσθαι τὸν ἀνδριάντα* et *τὸ τέμνεσθαι* complexus ut exempla alterius modi *(τὰ οὗ ἐστιν αἴτιον)* ad primam sententiam, num causa sit causa corporum, relabitur, unde apparet etiam initio conexum sententiarum *οἱ μὲν οὖν σωμάτων, οἱ δὲ ἀσωμάτων φασὶν εἶναι τὰ αἴτια, οἱ δὲ τὸ μὲν σῶμα κυρίως αἴτιόν φασιν, τὸ δὲ ἀσώματον καταχρηστικῶς καὶ οἷον αἰτιωδῶς* Clementis esse. Neque minus *εἰς ὃν λόγον κατηγορημάτων . . . αἴτια* ut novi excerpti initium nos ad illam quaestionem reducit, cuius sit causa, quae certe Clementi maxime curae erat. Stoicorum *λεκτὰ* et *κατηγορήματα* et *ἀξιώματα* significare etiam a Diogene Laertio didiceramus[3]), sed *τὸ τέμνεται οὗ*

---

[1]) cf. paulo infra *εἰς ὃν λόγον κατηγορημάτων . . . . τὰ αἴτια* et *ἡ πτῶσις δὲ ἀσώματος εἶναι ὁμολογεῖται.* — [2]) cf. Sext. E. adv. math. IX 211 *εἴ γε στωικοὶ μὲν πᾶν αἴτιον σῶμά φασι σώματι ἀσωμάτου τινὸς αἴτιον γίγνεσθαι οἷον σῶμα μὲν τὸ σμιλίον, σώματι δὲ τῇ σαρκί, ἀσωμάτου δὲ τοῦ τέμνεσθαι κατηγορήματος, καὶ πάλιν σῶμα μὲν τὸ πῦρ, σώματι δὲ τῷ ξύλῳ, ἀσωμάτου δὲ τοῦ καίεσθαι κατηγορήματος . . .* — [3]) Diog. L. VII 63 *τῶν*

πτῶσις τὸ τέμνεσθαι illud enuntiatum inauditum est, quamquam etiam apud Aristotelem[1]) *πτώσεις* nominantur et quaecumque ab eodem nomine vel verbo[2]) derivantur et nomen verbumque eiusdem radicis.[3]) Neque enim stoici neque peripatetici neque grammatici posteriores verbum *πτωτικὸν* dicunt. Hic igitur *πτῶσις* infinitivus eiusdem verbi nominatur ut alia forma eiusdem radicis.

In verbis *Ἀριστοτέλης δὲ προσηγορίαν, οἷον τῶν τοιούτων, οἰκίας, νεώς, καύσεως, τομῆς* ut in adnotatione verbum dicendi omittitur. Sed quid sibi vult haec adnotatio? Ad substantivum quod ultimum antecedit *προσηγορία* referri nequit, quia numquam Aristoteles pro *πτῶσις* voce *προσηγορίαν* sumit; immo potius *προσηγορία* est Chrysippi terminus technicus, qui *ὄνομα* Aristotelis et in *προσηγορίαν (ἄνθρωπος)* et in *ὄνομα (Διογένης)*[4]) dividebat. Sed casus genitivus *οἷον τῶν τοιούτων,*

δὲ λεκτῶν τὰ μὲν λέγουσιν εἶναι αὐτοτελῆ οἱ στωικοί, τὰ δ' ἐλλιπῆ . . . οἷον γράφει . . . αὐτοτελῆ δέ ἐστι, γράφει Σωκράτης. ἐν μὲν οὖν τοῖς ἐλλιπέσι λεκτοῖς τέτακται τὰ κατηγορήματα, ἐν δὲ τοῖς αὐτοτελέσι τὰ ἀξιώματα καὶ οἱ συλλογισμοὶ καὶ τὰ ἐρωτήματα καὶ τὰ πύσματα. ἔστι δὲ τὸ κατηγόρημα τὸ κατά τινος ἀγορευόμενον ἢ πρᾶγμα συντακτὸν περί τινος ἢ τινῶν, ὡς οἱ περὶ Ἀπολλόδωρόν φασιν, ἢ λεκτὸν ἐλλιπὲς συντακτὸν ὀρθῇ πτώσει πρὸς ἀξιώματος γένεσιν.

[1]) cf. Steinthal, Gesch. d. Sprachw. I 265—268. — [2]) cf. *περὶ ἑρμηνείας* 16 b. 16 *διαφέρει δὲ* (scil. *πτῶσις ῥήματος*) *τοῦ ῥήματος ὅτι τὸ μὲν τὸν παρόντα προσσημαίνει χρόνον, τὰ δὲ τὸν πέριξ. Περὶ ποιητικῆς* 1457 a 18—23 *πτῶσις δ' ἐστὶν ὀνόματος ἢ ῥήματος ἡ μὲν τὸ κατὰ ⟨τὸ⟩ τούτου ἢ τούτῳ σημαῖνον καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἡ δὲ κατὰ τὸ ἑνὶ ἢ πολλοῖς, οἷον ἄνθρωποι ἢ ἄνθρωπος, ἡ δὲ κατὰ τὰ ὑποκριτικά, οἷον κατ' ἐρώτησιν ἐπίταξιν. τὸ γὰρ ⟨ἆρ'⟩ ἐβάδισεν ἢ βάδιζε πτῶσις ῥήματος κατὰ ταῦτα τὰ εἴδη ἐστίν.* — [3]) *Τοπ.* H. 153 b. 25 *ἔτι ἐκ τῶν πτώσεων καὶ τῶν συστοίχων. ἀνάγκη γὰρ ἀκολουθεῖν τὰ γένη τοῖς γένεσι καὶ τοὺς ὅρους τοῖς ὅροις. οἷον εἰ ἡ λήθη ἐστὶ ἀποβολὴ ἐπιστήμης, καὶ τὸ ἐπιλανθάνεσθαι ἀποβάλλειν ἐπιστήμην ἔσται καὶ τὸ ἐπιλελῆσθαι ἀποβεβληκέναι ἐπιστήμην. ἑνὸς οὖν ὁποιουοῦν τῶν εἰρημένων ὁμολογηθέντος ἀνάγκη καὶ τὰ λοιπὰ ὁμολογεῖσθαι. ὁμοίως δὲ καὶ εἰ ἡ φθορὰ διάλυσις οὐσίας καὶ τὸ φθείρεσθαι διαλύεσθαι οὐσίαν καὶ τὸ φθαρτικῶς διαλυτικῶς, εἴ τε τὸ φθαρτικὸν διαλυτικὸν οὐσίας καὶ ἡ φθορὰ διάλυσις οὐσίας,* ubi *λήθη, ἐπιλανθάνεσθαι, ἐπιλελῆσθαι, — ἀποβολή, ἀποβάλλειν, ἀποβεβληκέναι, — φθορὰ, φθείρεσθαι, φθαρτικῶς, φθαρτικόν — διάλυσις, διαλύεσθαι, διαλυτικῶς, διαλυτικόν — πτώσεις* nominantur. — [4]) cf. Diog. L. VII 57 *τοῦ λόγου ἔστι μέρη πέντε, ὥς φησι Διογένης τ' ἐν*

οἰκίας, νεώς, καύσεως, τομῆς indicare mihi videtur premi Aristotelis doctrinam, cuius sint causae[1]); et *Ἀριστοτέλης δὲ προσηγορίαν* est breviter dictum, ut in scholiis fit, quod accuratius sic fere exponendum esset: *Ἀριστοτέλης δὲ προσηγορίαν φησί τὸ 'οὗ ἐστιν αἴτιον'*, quod quidem ab uno quoque intellegi potest, quia antecedunt *κατηγορημάτων τὰ αἴτια λεχθήσεται.* Monendum quoque est scriptorem in Aristotelis doctrina exponenda termino technico stoico uti, cum Aristoteles *οἰκίαν, ναῦν, καῦσιν, τομὴν ὄνομα* usurpasset. — Iterum sub finem huius excerpti quaeritur, num sit causa corporis causa, quod negatur; causa est *πτώσεως, ἡ πτῶσις δὲ ἀσώματος εἶναι ὁμολογεῖται.* Stultissimum autem videtur, cum de hac re agatur, in illa adnotatione et corpora *οἰκίαν, ναῦν* et notiones non corporeas *καῦσιν, τομήν* nominari.

Ut antea et stoicorum et peripateticorum sententias audimus, unde apparet haec omnia neque e libro stoico neque e peripatetico puram suorum doctrinam secuto sumpta esse, sed e tali qui stoicorum et peripateticorum doctrinam compararet. Utri scriptor magis faveat, inde intellegi potest, quod in Aristotelis doctrina adferenda termino technico stoicorum utitur, nisi forte putas illam adnotationem ab alio additam esse, quod demonstrari certe non potest.

Novi aliquid incipit Clemens:

*Καὶ τὸν οἰκοδόμον οἰκοδομεῖν λέγομεν κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ γενησόμενον ἀναφοράν. οὕτως φαμὲν χλαμύδα ὑφαίνεσθαι. *** τὸ γὰρ ποιοῦν ἐνεργείας δηλωτικὸν ὑπάρχει. οὐκ ἔστι δὲ ἑτέρου μὲν τὸ ποιοῦν, ἑτέρου δὲ τὸ αἴτιον, ἀλλὰ ταὐτοῦ, τῆς χλαμύδος καὶ τῆς οἰκίας· καθ' ὃ γὰρ αἴτιος τοῦ γίγνεσθαι,*

τῷ περὶ φωνῆς καὶ Χρύσιππος, ὄνομα, προσηγορία, ῥῆμα, συνδεσμός, ἄρθρον. et 58: *ἔστι δὲ προσηγορία μὲν κατὰ τὸν Διογένην μέρος λόγου σημαῖνον κοινὴν ποιότητα, οἷον ἄνθρωπος, ἵππος. ὄνομα δέ ἐστι μέρος λόγου δηλοῦν ἰδίαν ποιότητα, οἷον Διογένης, Σωκράτης.* cf. Dionys. Thrac. ars 13: *ἡ γὰρ προσηγορία ὡς εἶδος τῷ ὀνόματι ὑποβέβληται.* (14.) *ὄνομά ἐστι μέρος λόγου πτωτικὸν — κοινῶς τε καὶ ἰδίως λεγόμενον, κοινῶς μὲν οἷον ἄνθρωπος, ἵππος, ἰδίως δὲ οἷον Σωκράτης, Πλάτων.*

[1]) cf. Sext. E P. H. III 14 *οἱ μὲν προσηγοριῶν αἴτιον εἶναι τὸ αἴτιον φάσκοντες οἷον τῆς χύσεως, οἱ δὲ κατηγορημάτων οἷον τοῦ χεῖσθαι.*

κατὰ τοῦτο καὶ ποιητικός ἐστι τοῦ γίγνεσθαι. τὸ [*δὲ*][1]) *αὐτὸ ἄρα αἴτιον καὶ ποιητικόν.*[2]) *καὶ δι' ὅ. καὶ εἰ μέν τί ἐστιν αἴτιον καὶ ποιητικόν, τοῦτο πάντως ἐστὶ καὶ δι' ὅ, εἰ δέ τί ἐστι δι' ὅ, οὐ πάντως τοῦτο καὶ αἴτιον. πολλὰ γοῦν ἐφ' ἓν ἀποτέλεσμα συντρέχει δι' ἃ γίγνεται τὸ τέλος, ἀλλ' οὐκ ἔστι πάντα αἴτια. οὐ γὰρ ἂν ἐτεκνοκτόνησεν Μήδεια, εἰ μὴ ὠργίσθη, οὐδ' ἂν ὠργίσθη, εἰ μὴ ἐζήλωσεν, οὐδὲ τοῦτο, εἰ μὴ ἠράσθη, οὐδὲ τοῦτο, εἰ μὴ Ἰάσων ἔπλευσεν εἰς Κόλχους, οὐδὲ τοῦτο, εἰ μὴ Ἀργὼ κατεσκευάσθη, οὐδὲ τοῦτο, εἰ μὴ τὰ ξύλα ἐκ τοῦ Πηλίου ἐτμήθη. ἐν τούτοις γὰρ ἅπασιν τοῦ δι' ὃ τυγχάνοντος οὐ πάντα τῆς τεκνοκτονίας αἴτια τυγχάνει, μόνη δὲ ἡ Μήδεια.*

Post *οὕτως φαμὲν χλαμύδα ὑφαίνεσθαι* sic fere legendum puto: *οὕτως φαμὲν* ⟨*τὴν*⟩ *χλαμύδα ὑφαίνεσθαι* ⟨*ὑπὸ τοῦ ὑφάντου καίπερ τὰ ὑφαντὰ μόνον ἐξ ὧν ἡ χλαμὺς γίγνεται ποιοῦντος*⟩. Totam vero lacunam usque ad *τὸ γὰρ ποιοῦν ἐνεργείας δηλωτικὸν ὑπάρχει* et *οὐκ ἔστι δὲ ἑτέρου μὲν τὸ ποιοῦν* etc. explere non possum; sed una sententia usque ad *καὶ ποιητικὸν* pertinere mihi videtur, cum *αἴτιος* generis masculini et *αἴτιος τοῦ γίγνεσθαι* ad textorem respiciat, qui quidem sagi fiendi causa etiam sagum efficiens probatur.

Οὐκ ἔστι δὲ ἑτέρου μὲν τὸ ποιοῦν, ἑτέρου δὲ τὸ αἴτιον non significant: „non alterum causa, alterum vis efficiens efficit", sed: „non alterum causa, alterum vis efficiens est"; quod ex illa sententia intellegitur *καθ' ὃ γὰρ αἴτιος τοῦ γίγνεσθαι, κατὰ τοῦτο καὶ ποιητικός ἐστι τοῦ γίγνεσθαι.* Unde etiam apparet *τῆς χλαμύδος καὶ τῆς οἰκίας* non esse adpositionem ad *ταὐτοῦ* additam a scriptore ipso, sed ab eo qui haec omnia inde a *καὶ τὸν οἰκοδόμον* usque ad *ταὐτοῦ* falsa ratione coniungebat, ut excerpta conecteret et in unum sententiarum ordinem redigeret. Cui etiam tribuendum est illud *καὶ δι' ὅ,* quod animos componat ad quae sequuntur. Nec non dubitare possumus, quin Clemens ipse tam stulte excerpta sua conexuerit.

Immo nos hic intra certam doctrinam versari recordemur, qui in Ciceronis libello de fato[3]) inscripto eodem Medeae

[1]) *δέ* del. Mewaldt. — [2]) Sic interpunxit Wilamowitz. — [3]) de fato §§ 34. 35.

exemplo allato Clitomachum Carneadis discipulum contra Chrysippum pugnare discimus a Schmekelio.[1]) Chrysippum ipsum hoc exemplo usum esse, non Clitomachum, intellegimus ex Diogenis Laertii libro.[2]) Hic novum exemplum notae rei quasi manibus tenemus Ciceronem pro Euripidis versibus[3]) in fonte suo lectis posuisse Ennianos. Sed etiam aliam rem intellegimus ex his Clementis et Ciceronis locis comparatis. Cum ponimus Ciceroni librum Clitomachi in manibus fuisse, Clementi certe non fuit; is enim versus non legebat, sed iam orationem pedestrem. Itaque alius philosophus versus a Chrysippo et Clitomacho adhibitos solvit et Chrysippi doctrinam refutavit. Quem Clemens sequitur.

[Διὸ][4]) *τὸ μὴ κωλῦον ἀνενέργητόν ἐστι, διὸ οὐκ ἔστιν αἴτιον τὸ μὴ κωλῦον, ἀλλὰ τὸ κωλῦον. ἐν γὰρ τῷ ἐνεργεῖν καὶ δρᾶν τι τὸ αἴτιον νοεῖται. ἔτι τὸ μὴ κωλῦον κεχώρισται τοῦ γιγνομένου, τὸ δὲ αἴτιον πρὸς τῷ γιγνομένῳ.*[5]) *οὐκ ἂν οὖν εἴη αἴτιον τὸ μὴ κωλῦον. διὰ τοῦτο γοῦν ἐπιτελεῖται, ὅτι τὸ δυνάμενον κωλύειν οὐ πάρεστιν.*

Πρὸς τῷ γιγνομένῳ scripsi collato str. I 367 P.[6]) scilicet velut *πρὸς τῷ γιγνομένῳ ἐστίν.* Quamquam verbum *ἐπιτελεῖται* mirum est, tamen non lego *ἀποτελεῖται*, quia str. I. quoque *ἐπιτελεῖται* invenitur.

Διὰ τοῦτο γοῦν ἐπιτελεῖται ὅτι τὸ δυνάμενον κωλύειν οὐ πάρεστιν verba quid sibi velint, dubium est, quia *πάρεστιν* non satis intelligitur, nisi str. I 367 P. loco comparato legimus: *ὅτι τὸ δυνάμενον οὐ πάρεστι ⟨τῷ γιγνομένῳ οὐδὲ ἐνεργεῖ⟩* vel talia. Sed caveamus ne sic scribamus, modo ita verba intellegamus.

---

[1]) Schmekel, Philosophie der mittleren Stoa p. 171. — [2]) Diog. VII 180. *ἐπλήθυνε δὲ αὐτὰ πολλάκις ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ δόγματος ἐπιχειρῶν καὶ πᾶν τὸ ὑποπεσὸν γράφων καὶ διορθούμενος πλεονάκις πλείστῃ τε τῶν μαρτυριῶν παραθέσει χρώμενος. ὥστε καὶ ἐπειδή ποτ' ἔν τινι τῶν συγγραμμάτων παρ' ὀλίγον τὴν Εὐριπίδου Μήδειαν ὅλην παρέθετο καί τις μετὰ χεῖρας εἶχε τὸ βιβλίον πρὸς τὸν πυθόμενον τί ἄρα ἔχοι, ἔφη· "Χρυσίππου Μήδειαν".* — [3]) Eur. Med. 1 ss. *εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διασπάσθαι σκάφος* etc. — [4]) *διό* del. Wilamowitz. — [5]) *τὸ γιγνόμενον* L: correxi. — [6]) strom. I 367 P. *ἔτι τὸ μὲν αἴτιον πρὸς τῇ ἐνεργείᾳ ἐστί, καθάπερ ὁ μὲν ναυπηγὸς πρὸς τῷ* [*τό* L: corr. Arnim] *γίγνεσθαι τὸ σκάφος, ὁ δὲ οἰκοδόμος πρὸς τῷ κτίζεσθαι* [*τὸ ἐκτίσθαι* L: corr. Arnim] *τὴν οἰκίαν.*

Cum usque ad *αἴτιον τὸ μὴ κωλῦον* omnia bene cohaereant, verba *τὸ δὲ αἴτιον — αἴτιον τὸ μὴ κωλῦον* transferri post *οὐ πάρεστιν*[1]) nolo, quod syllogismus turbaretur. Sed *διὰ τοῦτο γοῦν ἐπιτελεῖται — πάρεστιν* tale additamentum esse videtur, quale iam antea inveniebamus; quod non redactor aliquis addidit, sed Clemens ipse, qui str. I quoque id adhibebat. Ex quo loco etiam intellegimus neque umquam hoc fragmentum accuratius descriptum fuisse, cum Clemens ipse in str. I scribendo iam minus intellegeret, quid vellet, itaque mutando *διὰ τοῦτο γοῦν ἐπιτελεῖται, ὅτι τὸ δυνάμενον κωλῦσαι οὐκ ἐνεργεῖ οὐδὲ κωλύει* clarius reddere in animo haberet, neque cum tale quoque minime aptum sit, fieri non posse, ut Clementi ea stultitia tribuatur, ut antea ipse falso addiderit *τῆς χλαμύδος καὶ τῆς οἰκίας.*

Novum excerptum invenimus:

τετραχῶς τὸ αἴτιον λέγεται, τὸ ποιοῦν ὡς ὁ ἀνδριαντοποιός, καὶ ἡ ὕλη ὡς ὁ χαλκός, καὶ τὸ εἶδος ὡς ὁ χαρακτήρ, καὶ τὸ τέλος ὡς ἡ τιμὴ τοῦ γυμνασιάρχου.[2]) *τῶν ὧν οὐκ ἄνευ λόγον ὁ χαλκὸς ἐπέχει πρὸς τὸ γενέσθαι τὸν ἀνδριάντα καὶ ὁμοίως ἐστὶν αἴτιον. πᾶν γὰρ οὗ χωρὶς οὐκ ἐνδεχόμενον γενέσθαι τὸ ἀποτέλεσμα, κατ᾽ ἀνάγκην ἐστὶν αἴτιον, αἴτιον δὲ οὐχ ἁπλῶς. οὐ γάρ ἐστι συνεκτικὸν τὸ οὗ μὴ ἄνευ, συνεργὸν δέ. — πᾶν τὸ ἐνεργοῦν παρέχει τὸ ἀποτέλεσμα μετ᾽ ἐπιτηδειότητος τοῦ πάσχοντος· διατίθησι μὲν γὰρ τὸ αἴτιον, πάσχει δὲ ἕκαστον εἰς ὃ πέφυκέν τι παρεκτικῆς τῆς ἐπιτηδειότητος οὔσης καὶ τῶν ὧν οὐκ ἄνευ λόγον ἐπεχούσης. ἄπρακτον οὖν τὸ αἴτιον ἄνευ τῆς ἐπιτηδειότητος. — οὐκ ἔστιν δὲ αἰτία, ἀλλὰ συνεργός, ἐπεὶ πᾶν αἴτιον ἐν τῷ δρᾶν νοεῖται. — αὐτὴν δὲ οὐκ ἂν ποιοίη ἡ γῆ, ὥστε οὐδὲ αἰτία ἂν εἴη ἑαυτῆς. — καταγέλαστον δὲ τὸ λέγειν μὴ τὸ πῦρ αἴτιον τῆς καύσεως, ἀλλὰ τὰ ξύλα, μηδὲ τὴν μάχαιραν τῆς τομῆς, ἀλλὰ τὴν σάρκα, μηδὲ τοῦ καταπαλαισθῆναι τὸν ἀθλητὴν τὴν ἰσχὺν τοῦ ἀντιπάλου, τὴν ἑαυτοῦ δὲ ἀσθένειαν.*

---

[1]) Quod volebat Arnim, De VIII. Cl. str. libro p. 13. — [2]) Aristotelis quattuor causae sunt.

Cum antecedentibus haec non cohaerent, quia ut *τὸ οὗ οὐκ ἄνευ*, antea neglectum, hic *ὁ χαλκός* affertur, qui antea *ὕλη* nominabatur. Post *συνεργὸν δέ* Clemens aliquid omisit; ut quasi exemplum *τῶν ὧν οὐκ ἄνευ* afferret *τὴν τοῦ πάσχοντος ἐπιτηδειότητα*, Clemens *πᾶν τὸ ἐνεργοῦν — ἐπιτηδειότητος* descripsit. *οὐκ ἔστι δὲ αἰτία* (scil. *ἁπλῶς*) *ἀλλὰ συνεργός, ἐπεὶ πᾶν αἴτιον ἐν τῷ δρᾶν νοεῖται* ex suo ingenio, ut duo fragmenta quae antecedunt arte conecteret, quo modo iam antea eum fecisse inveniebamus, addidit, cui in mentem venit verborum *αἴτιον δὲ οὐχ ἁπλῶς, οὐ γάρ ἐστι συνεκτικὸν τὸ οὗ μὴ ἄνευ, συνεργὸν δέ* et *ἐν τῷ ἐνεργεῖν καὶ δρᾶν τι τὸ αἴτιον νοεῖται.*

Αὐτὴν δὲ οὐκ ἂν ποιοίη ἡ γῆ, ὥστε οὐδὲ αἰτία ἂν εἴη ἑαυτῆς ex alio sententiarum ordine sunt, sed postea iterum dicitur de causa efficiente et patiente usque ad *ἀσθένειαν.*

Novum excerptum incipit:

Τὸ συνεκτικὸν αἴτιον οὐ δεῖται χρόνου· τὸ γὰρ καυτήριον ἅμα τῷ κατὰ τῆς σαρκὸς ἐπερεισθῆναι τὴν ἀλγηδόνα παρέχει. τῶν προκαταρκτικῶν τὰ μὲν χρόνου δεῖται, ἄχρις ἂν γένηται τὸ ἀποτέλεσμα, τὰ δὲ οὐ δεῖται, ὡς ἡ πτῶσις τοῦ κατάγματος. μή τι οὖν οὐ κατὰ στέρησιν χρόνου ἄχρονα λέγεται ταῦτα, ἀλλὰ κατὰ μείωσιν, ὡς καὶ τὸ ἐξαίφνης, μηδὲ αὐτὸ χωρὶς χρόνου γενόμενον.

Post *τὸ ἀποτέλεσμα* exemplum aliquod omissum est; ad id *ὡς ἡ πτῶσις τοῦ κατάγματος* (scil. *ὡς ἡ πτῶσις, ἄχρις ἂν γένηται τὸ ἀποτέλεσμα τοῦ κατάγματος*) conferas velim Pseudodioscoridis *περὶ ἰοβόλων.*[1])

Tum denuo ordo sententiarum interrumpitur: *Πᾶν αἴτιον ὡς αἴτιον διανοίᾳ ληπτὸν τυγχάνει, ἐπεὶ*[2]) *τινὸς καὶ πρός τινι*[3]) *νοεῖται, τινὸς μέν, ⟨τοῦ⟩*[4]) *ἀποτελέσματος, καθάπερ ἡ μάχαιρα τοῦ τέμνειν, πρός τινι δέ, [καθάπερ]*[5]) *τῷ ἐπιτηδείως ἔχοντι, καθάπερ τὸ πῦρ τῷ ξύλῳ. τὸν ἀδάμαντα γὰρ οὐ καύσει. — τὸ αἴτιον τῶν πρός τι· κατὰ γὰρ τὴν πρὸς ἕτερον νοεῖται σχέσιν, ὥστε δυοῖν ἐπιβάλλομεν, ἵνα τὸ αἴτιον ὡς αἴτιον νοήσωμεν.*[6]) —

---

[1]) ed. Sprengel II p. 54 *τὸ συνεφιστάμενον τῷ ἀποτελεσματικῷ χωριζόμενόν τε ὡς πτῶμα κατάγματος.* — [2]) *ἐπί* L: corr. Wilamowitz. — [3]) *πρός τι* L: correxi. — [4]) *τοῦ* addidit Wilamowitz. — [5]) *καθάπερ* delevi. — [6]) Aristotelis categorias spectat.

ὁ αὐτὸς καὶ περὶ τοῦ δημιουργοῦ καὶ ποιητοῦ λόγος καὶ πατρός. οὐκ ἔστιν αὐτό τι ἑαυτοῦ αἴτιον, οὐδὲ ἑαυτοῦ τις πατήρ, ἐπεὶ τὸ πρῶτον γενήσεται δεύτερον. τό γε μὴν αἴτιον ἐνεργεῖ καὶ διατίθησιν. τὸ ὑπὸ τοῦ αἰτίου γιγνόμενον πάσχει καὶ διατίθεται. οὐ δύναται δὲ τὸ αὐτὸ πρὸς ἑαυτῷ λαμβανόμενον ἐνεργεῖν ἅμα καὶ διατίθεσθαι, οὐδὲ υἱὸς εἶναι καὶ πατήρ. καὶ ἄλλως τὸ αἴτιον τοῦ ὑπ' αὐτοῦ γιγνομένου προχρονεῖ κατὰ τὴν οὐσίαν[1]*, ὡς ἡ μάχαιρα τῆς τομῆς. οὐ δύναται δὲ τὸ αὐτὸ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ προχρονεῖν τῇ ὕλῃ καθὸ αἴτιόν ἐστιν, ἅμα καὶ ὑστερεῖν καὶ ὑστεροχρονεῖν καθὸ τῆς αἰτίας ἐστὶν ἔργον. διαφέρει τε τὸ εἶναι τοῦ γίγνεσθαι.*[2]*) οὕτως καὶ αἴτιον μὲν τοῦ γιγνομένου, πατὴρ δὲ υἱοῦ. οὐκ ἐνδέχεται γὰρ τὸ αὐτὸ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ εἶναι ἅμα καὶ γίγνεσθαι. οὐδὲν οὖν ἐστιν ἑαυτοῦ αἴτιον.*

Quae sententiae simillimae sunt illis, quas p. 29[3]) legebamus: *αὐτὴν δὲ οὐκ ἂν ποιοίη ἡ γῆ, ὥστε οὐδὲ ἂν εἴη αἰτία ἑαυτῆς* et *διατίθησι μὲν γὰρ τὸ αἴτιον, πάσχει δὲ ἕκαστον εἰς ὃ πέφυκεν.*

Tum denuo novum excerptum incipit: *Ἀλλήλων οὐκ ἔστι τὰ αἴτια, ἀλλήλοις δὲ αἴτια. ἡ γὰρ σπληνικὴ διάθεσις προϋποκειμένη οὐ πυρετοῦ αἴτιος, ἀλλὰ τοῦ γίγνεσθαι τὸν πυρετόν, καὶ ὁ πυρετὸς προϋποκείμενος οὐ σπληνός, ἀλλὰ τοῦ αὔξεσθαι τὴν διάθεσιν. οὕτω καὶ αἱ ἀρεταὶ ἀλλήλαις αἴτιαι*[4]*) τῷ μὴ χωρίζεσθαι διὰ τὴν ἀντακολουθίαν, καὶ οἱ ἐπὶ τῆς ψαλίδος λίθοι ἀλλήλοις εἰσὶν αἴτιοι τοῦ μένειν κατηγορήματος, ἀλλήλων δὲ οὐκ εἰσιν αἴτιοι, καὶ ὁ διδάσκαλος δὲ καὶ ὁ μανθάνων ἀλλήλοις εἰσὶν αἴτιοι τοῦ προκόπτειν κατηγορήματος. λέγεται δὲ ἀλλήλοις αἴτια ποτὲ μὲν τῶν αὐτῶν, ὡς ὁ ἔμπορος καὶ ὁ κάπηλος ἀλλήλοις εἰσὶν αἴτιοι τοῦ κερδαίνειν, ποτὲ δὲ ἄλλου καὶ ἄλλου, καθάπερ ἡ μάχαιρα καὶ ἡ σάρξ. ἡ μὲν γὰρ τῇ σαρκὶ τοῦ τέμνεσθαι, ἡ σάρξ δὲ τῇ μαχαίρᾳ τοῦ τέμνειν. — τὸ ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ καὶ ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς. — ὁ μὲν γὰρ πλήξας τινὰ θανασίμως αἴτιός ἐστιν αὐτῷ τοῦ θανάτου ἢ τοῦ*[5]*) γίγνεσθαι τὸν*

---

[1]) Id est *κατὰ τὸ εἶναι*. cf. Arist. *φυσικ. ἀκρ.* δ 12. 221 b. 31 et *π. ζω. μορ.* α 1. 640 a. 18. — [2]) *γενέσθαι* L: corr. Wilamowitz. — [3]) 931 P. — [4]) cf. str. II. 452 P. — [5]) *τό* L: correxi.

θάνατον, ἀντιπληγεὶς δὲ ὑπ' αὐτοῦ θανασίμως ἔσχεν αὐτὸν ἀνταίτιον, οὐ καθὸ ἐγένετο αὐτῷ αἴτιος, καθ' ἕτερον δέ. αἴτιος μὲν γὰρ αὐτῷ θανάτου ἐγένετο[1]*, οὐχ ὁ θάνατος δὲ τούτῳ πάλιν τὴν θανασίμην ἀντεπέθηκεν πληγήν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ τρωθείς, ὥστ' ἄλλου μὲν αὐτὸς γέγονεν αἴτιος, ἄλλον δὲ ἔσχεν αἴτιον. καὶ ὁ ἀδικήσας μὲν ἄλλου*[2]*) αἴτιος καθίσταται τῷ ἀδικηθέντι ἀδικήματος*[3]*), ὁ δὲ ἀντιτιμωρεῖσθαι κελεύων νόμος οὐκ ἀδικήματος, ἀλλὰ τῷ μὲν ἐκδικίας τῷ δὲ παιδείας. ὥστε οὐκ ἀλλήλων τὰ αἴτια ὡς αἴτια, ἀλλήλοις*[4]*) δέ ἐστιν αἴτια.*

Inde a *τὸ ὀφθαλμὸν* omnia Clementis sunt, qui hoc loco luce clarius nobis prodit, quo modo sua conscripserit. Cum enim in describendo ei in mentem venisset hic se legis divinae iustitiam defendere posse, statim illud praeceptum *τὸ ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ καὶ ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς*, quamquam nondum cum ceteris contexebat, addidit et defendit.

Tum ordo sententiarum interrumpitur:

Ἔτι ζητεῖται εἰ πολλὰ κατὰ σύνοδον ἑνὸς αἴτια γίγνεται. ⟨καὶ τινὲς μὲν λέγουσιν ὅτι γίγνεται⟩.[5]*) πολλοὶ γὰρ*[6]*) ἄνθρωποι συνέλκοντες*[7]*) αἴτιοί εἰσι τοῦ καθέλκεσθαι τὴν ναῦν, ⟨οὐκ αὐτὸς ἕκαστος αἴτιος ὢν⟩*[8]*) ἀλλὰ σὺν τοῖς ἄλλοις, εἰ δή τι*[9]*) καὶ τὸ συναίτιον αἴτιον. ἄλλοι δέ φασιν· εἰ πολλὰ αἴτια, κατ' ἰδίαν ἕκαστον ἑνὸς αἴτιον γίγνεται. τοῦ γοῦν εὐδαιμονεῖν ἑνὸς ὄντος αἴτιαι τυγχάνουσιν αἱ ἀρεταὶ πολλαὶ οὖσαι. καὶ τοῦ θερμαίνεσθαι καὶ τοῦ ἀλγεῖν ὁμοίως πολλὰ τὰ αἴτια. μή τι οὖν αἱ πολλαὶ ἀρεταὶ μία ἐστὶ κατὰ δύναμιν, καὶ τὰ θερμαίνοντα καὶ τὰ ἀλγύνοντα.*[10]*) — καὶ τὸ πλῆθος δὲ τῶν ἀρετῶν κατὰ γένος ἓν τυγχάνον ἑνὸς αἴτιον γίγνεται τοῦ εὐδαιμονεῖν.*[11]*) — τῷ ὄντι δὲ προκαταρκτικὰ μὲν αἴτια ἑνὸς γίγνεται πλείονα κατὰ γένος καὶ κατ' εἶδος. καὶ κατὰ γένος μὲν τοῦ νοσεῖν ὀπωσοῦν, οἷον*

---

[1]) *γίγνεται* L: correxi. — [2]) *ἄλλου μέν* L: corr. Wilamowitz. — [3]) *τῷ ἀδικηθέντος* L: *τῷ ἀδικηθέντι ἀδικήματος* scripsi. — [4]) *ἅ* L: corr. Diels. — [5]) *καὶ — γίγνεται* addidit Arnim. — [6]) *πολλὰ οἱ* L: corr. Arnim. — [7]) *συνελόντες* L: corr. Sylburg. — [8]) *οὐκ — ὤν* addidit Arnim. — [9]) *μή τι* L: corr. Arnim. — [10]) *ἀλγοῦντα* L: corr. Arnim. — [11]) cf. str. I. 375. 376 P.

ψῦξις, ἔγκαυσις[1]), *κόπος, ἀπεψία, μέθη, κατ' εἶδος δὲ τοῦ πυρετοῦ. τὰ δὲ συνεκτικὰ αἴτια κατὰ γένος μόνον, οὐκέτι δὲ καὶ κατ' εἶδος. τοῦ γὰρ εὐωδιάζεσθαι κατὰ γένος ἑνὸς ὄντος πολλὰ τὰ αἴτια*[2]), *οἷον λιβανωτός, ῥόδον, κρόκος, στύραξ, σμύρνα, μύρον. ⟨οὐκέτι δὲ κατ' εἶδος⟩*[3]), *τὸ γὰρ ῥόδον οὐκ ἂν οὕτως εὐῶδες εἴη ὡς ἡ σμύρνα.*

His fragmentis quasi manibus tenemus, quo modo Clemens fontem suum excerpserit. Cum enim post *τὰ ἀλγύνοντα* primi fragmenti finem legeret in fonte suo multas virtutes non solum *κατὰ δύναμιν* sed etiam *κατὰ γένος* unam dici, etiam hoc fragmentum *τὸ πλῆθος δὲ τῶν ἀρετῶν κατὰ γένος ἓν τυγχάνον ἑνὸς αἴτιον γίγνεται τοῦ εὐδαιμονεῖν* [*καὶ* ut duo illa fragmenta conecterentur anteposito] descripsit. Cuius verba *κατὰ γένος* eius in mente ita haerebant, ut cum postea in fonte legeret *κατὰ γένος*, statim has quoque sententias in suum usum describeret, quamquam minime eodem sensu utrumque *κατὰ γένος* adhibetur; sed ad causas ipsas, quae *κατὰ γένος* una sunt, trahitur et ad res, quibus causae exstant et generis et speciei.

Tum sic legimus:

Τὸ δὲ αὐτὸ τῶν ἐναντίων αἴτιον γίγνεται, ποτὲ μὲν παρὰ τὸ μέγεθος τοῦ αἰτίου καὶ τὴν δύναμιν, ποτὲ δὲ παρὰ τὴν ἐπιτηδειότητα τοῦ πάσχοντος. παρὰ μὲν τὴν ποιὰν δύναμιν ἡ αὐτὴ χορδὴ παρὰ τὴν ἐπίτασιν ἢ τὴν ἄνεσιν ὀξὺν ἢ βαρὺν ἀποδίδωσι τὸν φθόγγον. παρὰ δὲ τὴν ἐπιτηδειότητα τῶν πασχόντων τὸ μέλι γλυκύζει μὲν τοὺς ὑγιαίνοντας, πικράζει δὲ τοὺς πυρέσσοντας, καὶ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς οἶνος τοὺς μὲν εἰς ὀργήν, τοὺς δὲ εἰς διάχυσιν ἄγει· καὶ ὁ αὐτὸς ἥλιος τήκει μὲν τὸν κηρόν, ξηραίνει δὲ τὸν πηλόν.[4]) et postea ordine sententiarum interrupto:

τῶν οὖν αἰτίων τὰ μέν ἐστι πρόδηλα, τὰ δὲ ἐπιλογισμῷ λαμβανόμενα, τὰ δὲ ἄδηλα. [τὰ δὲ ἀναλογισμῷ.][5]) *καὶ τῶν ἀδή-*

---

[1]) *ἔκλυσις* L: corr. Wilamowitz. cf. Dioscorid. *περὶ ἰοβόλων* ed. Sprengel II p. 52 et Ps. Gal. *ὅροι* 155 ed. Kühn XIX p. 392. — [2]) *τὰ αἴτια κατ' εἶδος* L: *κατ' εἶδος* delevi. — [3]) *οὐκέτι δὲ κατ' εἶδος* addidi; *τοῦ δὲ εὐωδιάζεσθαι τοῦ κατ' εἶδος οὐκέτι πολλά* addidit Arnim. — [4]) cf. Sext. E. adv. math. IX 247 *καὶ πέττει μὲν τὸν πηλόν, τήκει δὲ τὸν κηρόν.* — [5]) *τὰ δὲ ἀναλογισμῷ* uncis inclusi ut inserta ex verbis *διὰ σημείων ἀναλογιστικῶς λαμβανόμενα.*

λων τὰ μὲν πρὸς καιρὸν ἄδηλα, ⟨τὰ⟩ [1] *κατὰ μέν τινα καιρὸν ἀποκεκρυμμένα, κατὰ δέ τινα πάλιν ἔκδηλα βλεπόμενα, τὰ δὲ φύσει ἄδηλα, τὰ κατὰ μηδένα καιρὸν πρόδηλα γενέσθαι δυνάμενα· καὶ τῶν μὲν φύσει τὰ μὲν καταληπτά, ἅπερ οὐκ ἄδηλά τινες ἐκάλουν, διὰ σημείων ἀναλογιστικῶς λαμβανόμενα, καθάπερ ἡ συμμετρία τῶν λόγῳ θεωρητῶν πόρων, τὰ δὲ ἀκατάληπτα τὰ κατὰ μηδένα τρόπον ὑπὸ κατάληψιν πεσεῖν δυνάμενα, ἃ δὴ καὶ ἄδηλα ἐν τῷ καθάπαξ λέγεσθαι.*[2])

Quam divisionem, *αἴτια* 1. *πρόδηλα*, 2. *ἐπιλογισμῷ λαμβανόμενα*, 3. *ἄδηλα*. — *ἀδήλων* a. *πρὸς καιρὸν ἄδηλα* b. *φύσει ἄδηλα* — *φύσει ἀδήλων α. καταληπτά, διὰ σημείων ἀναλογιστικῶς λαμβανόμενα β. ἀκατάληπτα* — usitatam esse docent Pseudogalenus et Sextus.[3])

Tum denuo ordo sententiarum interrumpitur:

Καὶ τὰ μὲν προκαταρκτικά, τὰ δὲ συνεκτικά, τὰ δὲ συναίτια, τὰ δὲ συνεργά. — καὶ τὰ μὲν τοῦ κατὰ φύσιν, τὰ δὲ τοῦ παρὰ φύσιν, τὰ δὲ νόσου, καὶ κατὰ τὸ ὑποβεβηκὸς τὰ μὲν

---

[1]) *τά* addidit Wilamowitz. — [2]) supplendum *δυνάμενα* docuit Potter. [3]) cf. Gal. ed. Kühn XIX p. 394 def. med. ubi *πρόδηλα, οὐ πρόδηλα, ἄδηλα, πρὸς καιρὸν ἄδηλα* proferuntur, et ei Clementis '*τινές*' audiuntur, qui *τὰ διὰ σημείων ἀναλογιστικῶς λαμβανόμενα* non *ἄδηλα* nominabant: *καθάπαξ**) *δὲ ἄδηλα ὅσα οὔτε ἐξ ἑαυτῶν οὔτε ἐξ ἄλλων καταλαμβάνεται.* — cf. Sext. E. adv. math. VIII 144—148. — § 148 *τεσσάρων οὖν οὐσῶν ἐν τοῖς πράγμασι διαφορῶν, μιᾶς μὲν τῆς τῶν ἐναργῶν, δευτέρας δὲ τῆς τῶν καθάπαξ ἀδήλων, τρίτης δὲ τῆς τῶν φύσει ἀδήλων, τετάρτης τῆς τῶν πρὸς καιρόν . . .* — discrimen *τῶν φύσει ἀδήλων* et *τῶν καθάπαξ ἀδήλων* est hoc: § 146 *τὰ φύσει ἄδηλα — μὴ δυνάμενα ὑπὸ τὴν ἡμετέραν πεσεῖν ἐνάργειαν, καθάπερ οἱ νοητοὶ πόροι καὶ τὸ ἀξιούμενον ἐκτὸς εἶναι τοῦ κόσμου τισὶ φυσικοῖς ἄπειρον κενόν.* § 147 *τὰ καθάπαξ ἄδηλα — μηδέποτε ὑπ' ἀνθρωπίνην κατάληψιν πεφυκότα πίπτειν οἷόν ἐστι τὸ ἀρτίους εἶναι τοὺς ἀστέρας ἢ περισσοὺς καὶ τὸ τοσάσδε ὑπάρχειν ἐν Λιβύῃ ψάμμους.* — § 150 *τὰ δὲ φύσει ἄδηλα . . . χρείαν ἔχει τῆς ἐκ τοῦ σημείου παρατηρήσεως.* — Sed ne obliviscamur de rebus, non de causis dicere Sextum, qui foramina ipsa id est res affert, Clementem de causis; nam *συμμετρία τῶν λόγῳ θεωρητῶν πόρων* causa est videndi, cum foramina ad lucis corpora apta sint.

---

*) *καθάπερ* cod: *καθάπαξ* scripsi.

παθῶν, τὰ δὲ τοῦ μεγέθους αὐτῶν, τὰ δὲ χρόνων καὶ καιρῶν.

τῶν μὲν οὖν προκαταρκτικῶν αἱρομένων μένει τὸ ἀποτέλεσμα, συνεκτικὸν δέ ἐστιν αἴτιον, οὗ παρόντος μένει τὸ ἀποτέλεσμα καὶ αἱρομένου αἴρεται. τὸ δὲ συνεκτικὸν συνωνύμως καὶ αὐτοτελὲς καλοῦσιν, ἐπειδὴ αὐτάρκως δι' αὑτοῦ ποιητικόν ἐστιν τοῦ ἀποτελέσματος. εἰ δὲ τὸ αἴτιον αὐτοτελοῦς ἐνεργείας ἐστὶ δηλωτικόν, τὸ συνεργὸν ὑπηρεσίαν σημαῖνον [1]) καὶ τὴν σὺν ἑτέρῳ λειτουργίαν ⟨οὐκ ἔστιν αἴτιον.⟩ [2]) εἰ μὲν οὖν μηδὲν παρέχεται, οὐδὲ συνεργὸν λεχθήσεται, εἰ δὲ παρέχεται, τούτου πάντως γίγνεται αἴτιον, οὗ καὶ παρέχεται, τουτέστιν τοῦ δι' αὐτοῦ γιγνομένου. — ἔστιν οὖν αἴτιον [3]) οὗ παρόντος ἐγίγνετο τὸ ἀποτέλεσμα, προδήλως μὲν οὖν παρόντος προδήλου, ἀδήλως [4]) δὲ ἀδήλου. — καὶ τὸ συναίτιον δὲ ἐκ τοῦ γένους ἐστὶ τῶν αἰτίων, καθάπερ ὁ συστρατιώτης στρατιώτης καὶ ὁ συνέφηβος ἔφηβος. τὸ μὲν οὖν συνεργὸν αἴτιον τῷ συνεκτικῷ πρὸς τὴν ἐπίτασιν βοηθεῖ τοῦ ὑπ' αὐτοῦ γιγνομένου, τὸ δὲ συναίτιον οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐστιν ἐννοίας. δύναται γὰρ συναίτιον ὑπάρχειν, κἂν μὴ συνεκτικὸν αἴτιον ᾖ τι νοεῖται γὰρ σὺν ἑτέρῳ τὸ συναίτιον οὐδ' αὐτῷ δυναμένῳ κατ' ἰδίαν ποιῆσαι τὸ ἀποτέλεσμα, αἴτιον ὂν σὺν αἰτίῳ. διαφέρει δὲ τοῦ συναιτίου τὸ συνεργὸν ἐν τῷ τὸ μὲν συναίτιον ⟨μεθ' ἑτέρου αἰτίου⟩ [5]) κατ' ἰδίαν μὴ ποιοῦντος τὸ ἀποτέλεσμα παρέχειν, τὸ δὲ συνεργὸν ἐν τῷ κατ' ἰδίαν μὴ ποιεῖν, ἑτέρῳ δὲ προσερχόμενον τῷ κατ' ἰδίαν ποιοῦντι συνεργεῖ αὐτῷ πρὸς τὸ σφοδρότερον [6]) γίγνεσθαι τὸ ἀποτέλεσμα. μάλιστα δὲ τὸ ἐκ προκαταρκτικοῦ συνεργὸν γεγονέναι ⟨ἐπὶ τοῦτο⟩ [7]) τὴν τοῦ αἰτίου διατείνειν δύναμιν παρίστησιν.

Verba καὶ τὰ μὲν τοῦ κατὰ φύσιν — καιρῶν novi excerpti sunt, neque enim quaeritur hic de variis causarum generibus, sed de rebus quarum causae sunt.

Sequuntur definitiones quattuor causarum generum, quales iam antea similes legebamus, quamquam non perinde stultae. Aptissime enim hic discrimen singularum causarum premitur, et plus novi datur quam prioribus definitionibus, quae nihil

---

[1]) σημαίνει L: correxi. — [2]) οὐκ ἔστιν αἴτιον addidi. — [3]) συνεργόν L: correxi. — [4]) προδήλῳ μὲν οὖν παρόντος ἀδήλῳ L: corr. Arnim. — [5]) μεθ' ἑτέρου αἰτίου addidit Arnim. — [6]) σφοδρότατον L: corr. Arnim. — [7]) ἐπὶ τοῦτο id est ἐπὶ τὸ συνεργόν addidit Arnim.

nisi aliud nomen afferebant vel nomen ipsum circumscribebant. Illo fragmento usque ad *δι' αὐτοῦ ποιητικόν ἐστι τοῦ ἀποτελέσματος* descripto vox *αὐτοτελές* ita in Clementis mente haerebat, ut ubi postea in fonte suo aliquid de *αὐτοτελοῦς* voce legit, statim totam illam sententiam excerperet. Deinde definitione causae *τὸ αἴτιον αὐτοτελοῦς ἐνεργείας δηλωτικόν* refutata veram exscripsit. Neque enim ut in codice invenitur lego, sed *ἔστιν οὖν αἴτιον οὗ παρόντος ἐγίγνετο τὸ ἀποτέλεσμα* collato Sexti loco[1]); illud *συνεργόν* autem existimo Clementem ipsum falso scripsisse, qui mente etiam tunc tenebat antea de causa adiuvante dictum esse. Tum novo fragmento *τὸ συναίτιον δὲ ἐκ γένους τῶν αἰτίων . . .* anteposuit *καί*, ut conexum artiorem redderet.

Cum hac Clementis quattuor causarum doctrina comparanda est quae ab aliis traditur.

Sext. E. P. H. III 15 *τούτων δὲ τῶν αἰτίων οἱ μὲν πλείους ἡγοῦνται τὰ μὲν συνεκτικὰ εἶναι, τὰ δὲ συναίτια, τὰ δὲ συνεργά, καὶ συνεκτικὰ μὲν ὑπάρχειν ὧν παρόντων πάρεστι τὸ ἀποτέλεσμα καὶ αἱρομένων αἵρεται καὶ μειουμένων μειοῦται (οὕτω γὰρ τὴν περίθεσιν τῆς στραγγάλης αἴτιον εἶναί φασι τοῦ πνιγμοῦ), συναίτιον δὲ ὃ τὴν ἴσην εἰσφέρεται δύναμιν ἑτέρῳ συναιτίῳ πρὸς τὸ εἶναι τὸ ἀποτέλεσμα (οὕτως ἕκαστον τῶν ἑλκόντων τὸ ἄροτρον βοῶν αἴτιον εἶναί φασι τῆς ὁλκῆς τοῦ ἀρότρου), συνεργὸν δὲ ὃ βραχεῖαν εἰσφέρεται δύναμιν καὶ πρὸς τὸ μετὰ ῥαστώνης ὑπάρχειν τὸ ἀποτέλεσμα, οἷον ὅταν δυοῖν βάρος τι βασταζόντων μόλις τρίτος τις προσελθὼν συγκουφίσῃ τοῦτο. ἔνιοι μέντοι καὶ παρόντα μελλόντων αἴτια ἔφασαν εἶναι, ὡς τὰ προκαταρκτικά, οἷον τὴν ἐπιτεταμένην ἡλίωσιν πυρετοῦ. τινὲς δὲ ταῦτα παρῃτήσαντο ἐπειδὴ τὸ αἴτιον πρός τι ὑπάρχον καὶ πρὸς τὸ ἀποτέλεσμα ὂν οὐ δύναται προηγεῖσθαι αὐτοῦ ὡς αἴτιον.*

Differunt a Clementis definitionibus, cum Sexti fons contra doctrinam quattuor causarum pugnans tres nominet, *προκαταρκτικά* causas esse neget, quia res praesens futurae causa esse non possit, proinde quasi fieri nequeat, ut futurum causas

---

[1]) Sext. adv. math. IX 228 *εἰ αἴτιόν ἐστιν οὗ παρόντος γίγνεται τὸ ἀποτέλεσμα . . .*

habeat. Prior Clementis quattuor causarum doctrina[1]) Sexti auctori, nota non est, cum de causis *ὧν οὐκ ἄνευ* nihil inveniatur apud Sextum, sed alteram Clementis[2]) etiam hic reperimus, quamquam refutatur. Deest Clementinorum *τὸ δὲ συνεκτικὸν συνωνύμως καὶ αὐτοτελὲς καλοῦσιν;* et multa et ea gravissima multo indoctius explicantur, quae Sexti auctor in peius vertebat. Illud enim discrimen causarum *συναιτίων* et *συνεργῶν* Clementis plus rationis habet quam Sexti, cum non solum magnitudo virium quibus ipsae causae adiuvantes praeditae sunt prematur, sed etiam natura eius causae, quae adiuvatur, non neglegatur.

Haec Sexti trium causarum memoria, quae *αἴτια προκαταρκτικά* refutat, nobis testatur auctorem huius doctrinae nihil in animo habuisse in causarum generibus exponendis nisi, utrum causa eventum antecedat an uno tempore sit.

Simillima etiam invenimus in Pseudogaleni historia philosopha quae vocatur; c. 19 Diels, Doxogr. 611, 8 *αἴτια δὲ ὑπέθεντο τέσσαρα. προκαταρκτικὸν*[3]) *ὃ πεποιηκὸς*[4]) *⟨κεχώρισται, συνεκτικὸν δὲ ὃ πεποιηκὸς⟩*[5]) *παραμεμένηκεν καὶ οὗ παρόντος τὸ ἀποτέλεσμα πάρεστιν καὶ πεπαυμένου παρενήλλακται καὶ αὐξομένου εἰς ἐπίδοσιν πρόεισιν καὶ μειουμένου ἐλαττοῦται, τὸ δὲ συναίτιον ὑπάρχειν ἔφασαν, ὃ τὴν ἴσην δύναμιν συμβάλλεται πρὸς τὸ ἀποτέλεσμα ὡς ἐπὶ τῶν ἀροτικῶν βοῶν, συνεργὸν δὲ δοκεῖ τὸ μικρὰν ῥοπὴν πρὸς τὸ ἀποτέλεσμα εἰσάγον ὡς ἐπὶ δυοῖν δοκὸν ἅμα φερόντων δυσκόλως καὶ ῥᾷον οἰσόντων, εἰ τρίτος ἐπιγίνοιτο συνδιακουφίζων.*

Definitionem causae *προκαταρκτικοῦ* alio modo ac Dielesius restituere conata sum collatis Clementis[6]) et Pseudogaleni[7]) locis, qui uterque dicit *προκαταρκτικόν* esse, quod eventu perfecto abeat.

Auctor huius historiae philosophae capitis, quem stoicum esse inter Senecae et Antoninorum tempora ponendum docuit

---

[1]) p. 929 P. — [2]) p. 933. 934 P. — [3]) *εἰ καταρκτικήν* B: *εἰ καταρκτικός* A: corr. Diels. — [4]) *ὁ πεποιηκώς* A: *ὅπερ πεποιηκός* B: corr. Diels. — [5]) *κεχώρισται — πεποιηκός* addidi. *συνεκτικόν* ante *οὗ παρόντος* addidit Diels. — [6]) str. VIII 33. 933 P. — [7]) def. med. p. 392 ed. Kühn vol. XIX.

Dielesius[1]), idem esse videtur cuius doctrina apud Sextum refutatur, cum et definitiones exemplaque allata causarum *συναιτίων* et *συνεργῶν* eadem sint et apud utrumque alterum nomen causae *συνεκτικοῦ* neglegatur.

Pseudodioscorides[2]) haec profert secundum doctrinam methodicorum[3]):

Μεταβαίνουσι δὲ ἐνταῦθα ἐπὶ τὰς τῶν αἰτίων διαφορὰς καὶ λέγουσιν ὅτι τῶν αἰτίων τινὰ μέν ἐστι τὰ προκατάρξαντα, ἃ ποιήσαντα πάθος χωρίζεται, οἷον κόπος καὶ ψῦξις, ἔγκαυσις καὶ τὰ παραπλήσια. τὰ δὲ συνεκτικὰ διὰ τὸ ποιεῖν τὸ πάθος καὶ παραμένειν, τουτέστιν ὧν μὲν παρόντων τὰ ἀποτελέσματα πάρεστιν, αὐξανομένων δὲ αὔξεται, καὶ μειουμένων μειοῦται, καὶ παυσαμένων παύεται. καὶ αὐτοτελῆ δύναται ⟨καλεῖσθαι διὰ τὸ ποιητικὰ⟩[4]) εἶναι καθ' ἑαυτὰ παραγινόμενα τῶν ἀποτελεσμάτων. καὶ τοιαῦται μὲν τῶν αἰτίων αἱ δοκιμώταται διαφοραί. τὸ δὲ φθοροποιὸν οὐδεμιᾷ τούτων ὑποτάσσεσθαι πέφυκε. προκαταρκτικὸν μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἐπειδήπερ τὸ πάθος ⟨πεποιηκὸς⟩[5]) αὐτὸ παραμένει καὶ τοῦ σώματος οὐ χωρίζεται. συνεκτικὸν δ' οὐκ ἂν λέγοιτο. πλεῖστον μὲν γὰρ τοῦτο πάρεστιν ⟨ποιῆσαν τὸ ἀποτέλεσμα, ἔστι δ' οὗ,⟩[6]) καθάπερ ⟨τοῖς⟩ ὑπὸ λυσσῶντος κυνὸς δεδηγμένοις[7]) γίγνεται.

Iam vero priusquam Pseudodioscoridis doctrinam tractem, mihi liceat Pseudogaleni definitiones medicas[8]) conferre:

τριπλοῦν δὲ αἴτιον· ἔστι δὲ τὸ μὲν προκαταρκτικόν, τὸ δὲ προηγούμενον, τὸ δὲ συνεκτικόν.[9])

155. *Προκαταρκτικὸν μὲν οὖν ἐστιν ὃ ποιῆσαν τὸ ἀποτέλεσμα κεχώρισται, ὡς ὁ δακὼν κύων καὶ ὁ πλήξας σκόρπιος καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ ἡλίου*[10]) *ἔγκαυσις ἡ τὸν πυρετὸν ἐργαζομένη.*[11]) *Ἀθήναιος*[12]) *δὲ ὁ Ἀτταλεὺς οὕτω φησίν. αἴτιόν ἐστι τὸ ποιοῦν.*

---

[1]) cf. Diels, Doxogr. p. 252. — [2]) cf. Meyer, Gesch. d. Botanik II 107. inter saecula 7—9 scripsit. — [3]) *περὶ ἰοβόλων* ed. Sprengel vol. II p. 52. — [4]) *καλεῖσθαι — ποιητικά* addidi. — [5]) *πεποιηκός* addidi. — [6]) *ποιῆσαν — δ' οὗ* addidi. — [7]) *δεδηγμένον* cod: *δεδηγμένοις* scripsi. *τοῖς* addidi. — [8]) ed. Kühn vol. XIX p. 392. — [9]) *αἴτια δέ ἐστιν δύο, προκαταρκτικὸν καὶ συνεκτικόν* cod. Paris. suppl. gr. 446 f. 77. — [10]) *καὶ ἡλίου* [*η* in ras. m. pr. lege *καὶ ⟨ἡ⟩ ἡλίου*] cod. Paris. suppl. gr. 446. — [11]) *τῶν πυρετῶν ἐργασαμένη* cod. Paris. suppl. gr. 446. — [12]) *Ἀθήναιος — αἱρομένου αἵρεται* om. cod. Paris. suppl. gr. 446.

τοῦτο δέ ἐστι τὸ προκαταρκτικόν. ἄλλως· τὰ προκαταρκτικὰ αἴτιά ἐστιν ὅσα προκατάρχει τῆς ὅλης συντελείας τοῦ ἀποτελέσματος καὶ ὧν οὐδὲν προηγεῖται.

156. *Προηγούμενον αἴτιόν ἐστι τὸ ὑπὸ τοῦ προκαταρκτικοῦ ἤτοι κατασκευαζόμενον ἢ συνεργούμενον καὶ προηγούμενον τοῦ συνεκτικοῦ. οἱ δὲ οὕτως· προηγούμενον αἴτιόν ἐστιν οὗ παρόντος πάρεστι τὸ ἀποτέλεσμα καὶ αὐξομένου αὔξεται καὶ μειουμένου μειοῦται καὶ αἰρομένου αἴρεται.*[1])

157. *συνεκτικὸν*[2]) *αἴτιόν ἐστιν ὃ παρὸν μὲν παροῦσαν φυλάττει τὴν νόσον, ἀναιρούμενον δὲ ἀναιρεῖ*[3]), *ὡς ὁ ἐν τῇ*[4]) *κύστει λίθος, ὡς ὕδρωψ*[5]), *ὡς πτερύγιον, ὡς ἐγκανθίς, ὡς ἄλλα τοιαῦτα τὰ*[6]) *συνεκτικὰ καλούμενα αἴτια, ἅπερ οἱ γενναιότατοι τῶν ἰατρῶν οὐκ ἐν αἰτίων μόνον*[7]) *λόγῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν παθημάτων τίθενται.*[8])

158. *Αὐτοτελὲς αἴτιόν ἐστι τὸ αὐτὸ καθ' αὑτὸ ποιοῦν τέλος.*

159. *Συναίτιόν ἐστιν τὸ*[9]) *σὺν ἑτέρῳ δύναμιν ἴσην ἔχον ποιοῦν τὸ ἀποτέλεσμα, αὐτὸ δὲ κατ' ἰδίαν μόνον οὐ δυνάμενον ποιῆσαι.*[10])

160. *Συνεργόν ἐστιν αἴτιον τὸ*[9]) *ποιοῦν ἀποτέλεσμα, δυσχερῶς δέ, συλλαμβάνον πρὸς τὸ ῥᾷον αὐτὸ γενέσθαι, κατ' ἰδίαν τι ποιεῖν οὐ δυνάμενον.*[11])

Nunc iam ad singulas Pseudogaleni definitiones eamus. Prima causae *προκαταρκτικοῦ* definitio eadem est quam apud Dioscoridem legebamus et quam in Pseudogaleni historia philosopha restituebamus, neque multum abhorret a Clementini alterius fragmenti. Tertia illa *τὰ προκαταρκτικὰ αἴτιά ἐστιν ὅσα προκατάρχει τῆς ὅλης συντελείας τοῦ ἀποτελέσματος καὶ ὧν οὐδὲν προηγεῖται* nihil efficitur, nisi ut nomen circumscribatur. Omnes has definitiones satis negligenter conscriptas esse etiam inde intellegitur, quod altera causae *προηγουμένου* definitio nullo verbo aliena est a *συνεκτικοῦ*, quam in ipsis defi-

---

[1]) *αἱρουμένου αἱρεῖται* cod. correxi. — [2]) *δέ* add. cod. Paris. suppl. gr. 446. — [3]) *συναναιρεῖ* cod. Paris. suppl. gr. 446. — [4]) *τῇ* om. cod. Paris. — [5]) *ὕδρωψ* cod. Paris.: *ὑδάτις* edit. Kühn. — [6]) *τὰ* add. cod. Paris. — [7]) *οια γενναιον τον ιατρω. ουκ εν αιτιω μονω* cod. Paris. — [8]) *ἐκ παθημάτων τιθέντων ταῦτα* edit. Kühn: *ἐν ἐμπαθηματο τίθενται* cod. Paris. — [9]) *ὅ* edit. Kühn: correxi. — [10]) *αὐτὸ δὲ καθ' αὑτὸ οὐ δυνάμενον ποιῆσαί τι* cod. Paris. — [11]) *συνεργόν — δυνάμενον* om. cod. Paris.

nitionibus Pseudogalenianis medicis, historia philosopha, apud Sextum, Clementem, Pseudodioscoridem antea inveniebamus. Causarum *συναιτίων* et *συνεργῶν* definitiones nullo vinculo cum illis tribus causis quas antea dixi coniunctae eaedem sunt atque Sexti et historiae philosophae, sed exempla non afferuntur.

Pseudogalenianas definitiones medicas scholae pneumaticae esse probabat Wellmannus, vir doctissimus [1]); sed medici pneumatici imprimis Athenaeus et Agathinus [2]) stoicam doctrinam secuti sunt, et quae afferuntur definitiones causarum *συναιτίων, συνεργῶν, προδήλων, ἀδήλων* etc. nullis e medicorum provincia exemplis haustis puram stoicorum doctrinam exhibent.

Cum et sub specie effectus et sub specie temporis (id est num uno tempore sit et causa et eventus) causae dividi possint, duae divisionis rationes existunt, quarum priorem et antiquiorem et prudentiorem sequuntur Plato, Aristoteles, philosophi stoici veteres, alteram stoici posteriores et medici posteriores. Plato [3]) enim causas duas nominat, et quae per se necessario aliquid efficiat et sine qua aliquid effici non possit, id est quae veras causas adiuvet. Is ipse quoque nomine *συναίτιον* usus est [4]), Aristoteles autem nomen *συνεκτικόν* adhibuisse falso fertur. Neque enim ille libellus *περὶ κόσμου* inscriptus ab Aristotele confectus est, sed a philosopho stoico qui Posidonii doctrinam sequi videtur, in quo [5]) sic legitur: *λοιπὸν δὴ περὶ τῆς τῶν ὅλων συνεκτικῆς αἰτίας κεφαλαιωδῶς εἰπεῖν* id est: „de causis quae omnia cohibent", ita ut non tempus sed officium causae spectetur.[6]) *Τὰ ὅλα συνέχειν* est notio physica, non terminus technicus logicus. Inde verisimile est auctorem huius libelli Posidonii sectatorem doctrinae stoicae *συνεκτικόν* voce non usum esse ad genus aliquod causarum significandum, nisi forte eodem nomine aliter aliud nominabat.

---

[1]) Wellmann, Die pneumatische Schule p. 156. — [2]) Die pneumatische Schule p. 10 et 12. — [3]) Phaedo 99 B. — [4]) Polit. 281 D; 287 B; 289 C; Tim. 46 D; Gorg. 517 B. cf. Ast. lex Plat. sub voce *συναίτιον*. — [5]) *περὶ κόσμου* 397 b. 9. — [6]) cf. Plat. Phaed. 99 B: *καὶ μᾶλλον ἅπαντα συνέχοντα* et Phil. de opific. m. ed. Cohn p. 37, 8: *ἐν δὲ τοῖς αἰσθητοῖς μεγάλην καὶ συνεκτικωτάτην δύναμιν.*

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

Sed videamus num ante Posidonium alius philosophus stoicus hanc notionem adhibuerit. Chrysippi doctrinae exstant testimonia apud Plutarchum et apud Ciceronem.

Plut. de Stoic. rep. 1056 B: *ὁ δὲ λέγων ὅτι Χρύσιππος οὐκ αὐτοτελῆ τούτων αἰτίαν ἀλλὰ προκαταρκτικὴν μόνον ἐποιεῖτο τὴν εἱμαρμένην ἐκεῖ πάλιν αὐτὸν ἀποδείξει μαχόμενον πρὸς αὑτόν.* C: *ἔτι τοίνυν τὸ μὲν προκαταρκτικὸν αἴτιον ἀσθενέστερόν ἐστι τοῦ αὐτοτελοῦς καὶ οὐκ ἐξικνεῖται κρατούμενον ὑπ' ἄλλων ἐξανισταμένων.* D: *τούτων γὰρ ἕπεται τὰ μὲν τῷ αὐτοτελῆ τὰ δὲ τῷ προκαταρκτικὴν μόνον αἰτίαν εἶναι τὴν εἱμαρμένην. αὐτοτελὴς μὲν γὰρ αἰτία πάντων οὖσα τὸ ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ ἑκούσιον ἀναιρεῖ, προκαταρκτικὴ δὲ τὸ ἀκόλουτος εἶναι καὶ τελεσιουργὸς ἀπόλλυσιν.*

Cic. de fato 41: „Chrysippus autem cum et necessitatem improbaret et nihil vellet sine praepositis causis evenire causarum genera distinguit, ut et necessitatem effugiat et retineat fatum. Causarum enim, inquit, aliae sunt perfectae et principales, aliae adiuvantes et proximae.[1])“

Chrysippi doctrina cum minus simplex sit, non iam veterrimorum stoicorum dico Zenonis et Cleanthis fuisse potest, sed contra ei antecesserit simplicior necesse est, velut quae *αἴτια αὐτοτελῆ* et *συνεργά* nominet.[2]) Deinde Chrysippus nihil aliud facit, nisi hanc doctrinam accuratius explicat, ut philosophiam ethicam suam servet, ut necessitatem effugiat et fatum retineat, non ut scientiam augeat. Qui quamquam complures causas affert, tamen non illo stultissimo discrimine usus est causarum *συναιτίων* et *συνεργῶν*. Nam sic ut Plato fecerat duo summa causarum genera esse dicit, quorum utrumque duobus nominibus exponit. Alterum est causa principalis et per se aliquid efficit, alterum solum fortuito antecedit et veram causam adiuvat. Sic etiam Aristotelis quattuor causae ad

---

[1]) causae perfectae = *αὐτοτελῆ*, principales = *κύρια*, adiuvantes = *συνεργά*, proximae = *προκαταρκτικά*, id est quae proxime antecedebant eventui. — [2]) cf. Sext. ad. math. IX 237 *καὶ μὴν εἰ ἔστι τι αἴτιον ἤτοι αὐτοτελῶς καὶ ἰδίᾳ μόνον προσχρώμενον δυνάμει τινός ἐστιν αἴτιον, ἢ συνεργοῦ πρὸς τοῦτο δεῖται τῆς παρχούσης ὕλης, ὥστε τὸ ἀποτέλεσμα κατὰ κοινὴν ἀμφοτέρων νοεῖσθαι σύνοδον.*

duas summas reduci possunt, cum *τέλος* et *εἶδος* sint causae perfectae, *ὕλη* et *κίνησις* adiuvantes.

Chrysippus voce *συνεκτικόν* usus non esse videbatur antea, sed in Ciceronis libro de fato inscripto „causa continens“ [1]) et „in se cohibens efficientiam naturalem“ [2]) reperitur, ut cum contra Chrysippum [3]) pugnetur, putare aliquis possit haec verba Chrysippea esse. Hic primum causa *συνεκτικόν* invenitur non ita nominata, quod omne contineat, ut in illo libro *περὶ κόσμου* inscripto legebatur, proinde quasi unius rei partibus carentis esse nequeat, sed quod contraria est ei causae, quae nihil nisi pars est alius causae efficientis. Causa autem *συνεκτικόν*, cohibens in se efficientiam naturalem, eadem est atque perfecta, *αὐτοτελής*, quod iam a Clemente et Dioscoride discebamus et quod ex Ciceronis [4]) verbis elucet, qui continentem una cum proxima illa nominat, *προκαταρκτικόν* et *συνεκτικόν*. Unde intellegitur, cur Cicero in illo capite quo exponit, quae causarum genera Chrysippus distinxerit, causam continentem non attulerit; in aliena enim doctrina breviter exponenda non omnia nomina afferenda sunt. Sin autem Chrysippo causam *συνεκτικόν* tribuimus, illius libelli *περὶ κόσμου* inscripti auctorem constat voce *συνεκτικόν* libere uti, quamquam terminus technicus iam exstabat.

Etiam Galenus vocem *συνεκτικόν* stoicis tribuit; Gal. adv. Iul.[5]) *εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῶν συνεκτικῶν αἰτίων ἑτέρωθι δεικνύντων ἡμῶν ὅτι τό τε ὄνομα καὶ τὸ πρᾶγμα αὐτὸ καθ᾽ οὗ τοὔνομα τῆς Στωικῆς αἱρέσεώς ἐστι καὶ ὡς οὐκ ὀρθῶς ὑπειλήφασιν οὔτ᾽ ὀνομάζουσιν οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν ἅπαν τοῦτο τὸ γένος, ὅτι τε καὶ ἡμεῖς ἑπόμενοι πολλάκις αὐτοῖς ὅπως μὴ δόξωμεν ἐρίζειν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος ἔνια μὲν τῶν αἰτίων οὕτω καλεῖσθαι συγχωροῦμεν οὐ μὰ Δία ὅσα τῶν ἁπλῶς ὄντων ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν ἐν τῷ γίγνεσθαι τὸ εἶναι κεκτημένων.* et postea p. 298: *καὶ μὴν οὐδ᾽ ἄλλην τινὰ ἔννοιαν εἰπεῖν ἔχει τοῦ συνέχοντος αἰτίου παρὰ τὸ γίγνεσθαί τι παρ᾽ αὐτοῦ καὶ παύεσθαι σὺν αὐτῷ, πλὴν εἰ κἀνταῦθα πάλιν ἐξαίφνης ἑαυτὸν εἶναί φησι Στωικόν.*

---

[1]) de fato § 44. — [2]) de fato § 19. — [3]) cf. Schmekel, Philosophie d. m. Stoa p. 165—184. — [4]) de fato § 44. — [5]) ed. Kühn vol. XVIII A p. 279.

Gal. synopsis librorum de pulsibus K. IX p. 458 *μεμνῆσθαι μέντοι χρὴ πρὸ πάντων ὅπως ἔφαμεν ὀνομάζειν τὸ οἷον συνεκτικὸν αἴτιον, ὅτι μὴ κυρίως ἀλλὰ καταχρώμενοι τῇ προσηγορίᾳ. τὸ μὲν γὰρ κυρίως λεγόμενον αἴτιον συνεκτικὸν οὔτ' ὀνόμασέ τις ἄλλος πρὸ τῶν Στοικῶν οὔτ' εἶναι συνεχώρησεν. τὰ δὲ καὶ πρὸ ἡμῶν οἷον συνεκτικὰ λεγόμενα γενέσεώς τινος, οὐχ ὑπάρξεως αἴτια.*

Non solum igitur stoici voce *συνεκτικόν* utebantur, sed etiam *ἰατροὶ νεώτεροι*[1]), et ei potius abutebantur. Neque Galenus nos celavit vim vocis, qualem medici adhibentur; qui *συνεκτικόν* non causam et fiendi et rei praesentis, sed solum fiendi dicunt derivantes e stoicorum provincia notiones suas nonnullis mutatis, quod Athenaeum et Agathinum fecisse probabat Wellmannus.[2]) Ubi autem *συνεκτικόν* sola fiendi causa fuit, non rei praesentis, statim illam vim „cohibentem in se efficientiam naturalem" iacere necesse erat, cum tum premendum esset, utrum causa et eventus uno tempore essent an ante eventum abiret. Quam temporis ratione institutam notionem cum non solum apud medicos inveniamus, sed etiam apud stoicos posteriores[3]), nego a medicis esse ortam. Stoici posteriores igitur ita lapsi sunt, quia in causis *προκαταρκτικοῖς* quoque tempus premebatur, non vis causae, et quia arte etymologica inducti *συνεκτικόν* declarabant: '*συνέχεται τῷ τέλει*' ut *προκαταρκτικὸν προκατάρχει ὅλης τῆς συντελείας.*[4]) Neque iure Galenus medicos accusat abusus illius nominis; immo potius stoici quoque posteriores arguendi sunt.

Iam mihi liceat breviter componam singula causarum genera distincta.

1. Plato *τῷ ὄντι αἴτια* ——— *τὰ ὧν οὐκ ἄνευ* vel *συναίτια.*
2. Aristot. *εἶδος, τέλος,* ——————— *ὕλη, κίνησις.*
3. Stoici vet.[5]) *αὐτοτελῆ* ——————— *συνεργά.*

---

[1]) *Ἰατροὶ νεώτεροι* certe non est terminus technicus, sed nihil indicat nisi medicos posteriores, quorum Galenus I 457 editionis Kühnianae etiam Athenaeum conditorem scholae pneumaticae esse contendit. — [2]) Die pneumatische Schule p. 10 et 12. — [3]) Eos sequuntur Clemens, Sextus, Pseudogal. historia philosopha. — [4]) Pseudogal. def. med. ed. Kühn XIX p. 392. — [5]) cf. Sext. ad. math. IX 237.

4. Chrysippus *αὐτοτελῆ* vel *συνεκτικά, κύρια, συναίτια, προκαταρκτικά.*[1])
5. Stoic. post. *προκαταρκτικά, συνεκτικά, συναίτια, συνεργά.*[2])

Sed ad Clementem redeamus. Liber quem ipse expilabat in causarum doctrina exponenda neque fuit mere stoicus neque peripateticus, sed compilatoris qui utramque doctrinam inter se compararet et coniungeret. *Σχολικὰ ὑπομνήματα* igitur Clementi praesto erant in philosophiae doctrinis tractandis. Neque vero integra hic excerpta exstant, sed iam Clemens ipse conatus est singula fragmenta conectere, quamquam nondum arte rhetorica omnia componebat neque sententias christianas, aliunde petitos lectionis fructus, versus, Platonis Plutarchique excerpta inspergebat. Quo modo autem sua conscripserit et quo modo adhibere voluerit inde discimus, quod ipse in doctrina describenda, quae num sint causae sui invicem causae quaerit, legis divinae iustitiam defendebat, et quod in strom. I. his excerptis utebatur.[3]) Neque vero ibi ad verbum haec descripsit, sed satis ingeniose horum sententias cum ceteris contexuit exemplisque instruxit.

Habemus tria illa corpora, librum VIII. qui fertur, excerpta Theodotea, eclogas propheticas, Clementis schedulas, quae non libro VIII. posthac perficiendo subsidia parabat ex

---

[1]) Etiam apud Dioscoridem invenimus *αὐτοτελῆ, συνεκτικά — συναίτια, προκαταρκτικά*, sed definitiones *προκαταρκτικοῦ* et *συνεκτικοῦ* iam tempus spectant. — [2]) Inde duo illa suprema causarum genera iacent. Non vis solum, sed et tempus et vis causae spectatur. cf. Clementis ultimum fragmentum, ubi *συναίτιον* et *συνεργόν* satis prudenter distinguuntur, et Gal. hist. phil., def. med., Sexti doctrinam refutatam, ubi *συναίτιον* et *συνεργόν* multo stultius distinguuntur. Apud Sextum *προκαταρκτικά* causae esse negantur. Clementis primum fragmentum certe cum prioribus non cohaeret, cum et pro *συναιτίοις* imbecillime *τὰ ὧν οὐκ ἄνευ* ponantur, et *προκαταρκτικῶν* definitio solum premat primum motum dari, non officio confecto causam abire, qua Pseudogaleni def. med. K. XIX 392 allatam definitionem recordamur: *προκαταρκτικὰ ὅσα προκατάρχει ὅλης τῆς συντελείας.* — [3]) str. I. p. 367 P. de causa prohibente. cf. str. VIII. 931 P. str. I. p. 375 P. de multis unius rei causis. cf. str. VIII. 932 P. str. I. p. 376 P. de causis *συναιτίοις* et *συνεργοῖς.* cf. str. VIII. 934 P.

ethnicorum philosophorum et theologorum libris, sed iam olim in suum usum conscripserat, antequam librum I. conficeret, in quo his excerptis utitur, quaeque post eius mortem in chartis inventa amici una cum perfectis libris in publicum emiserunt et loco stromatis VIII. posuerunt. Neque tamen sunt stroma VIII., quo ut alia tractaret, Clemens sibi proposuerat.[1])

[1]) str. VII. sub finem Clemens pollicetur se refutaturum esse *τὰ ὑπὸ Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων ἐπιφερόμενα ἡμῖν ἐγκλήματα.*

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

Vita.

Nata sum Christiana de Wedel Berolini die IX. mensis Februarii 1881 patre Hassowio Dr. med., quem mihi morte ereptum ex anno 1883 lugeo, matre carissima Elisabeth e gente de Wedel. Fidei addicta sum evangelicae. Primis litterarum elementis imbuta in schola patriae, cui nomen est Kgl. Augustaschule, adii 1896 gymnasium puellis constitutum, quod tunc Helenae Lange auspiciis florebat. Maturitatis testimonium in gymnasio Berolinensi, cui nomen est Luisengymnasium, adepta autumno 1900 studiis me dedi philologis et theologicis in universitate Berolinensi. Tentamen rigorosum die VIII. mensis Iunii sustinui.

Proseminarii philologi Dielesio et Wilamowitzio moderantibus per octo semestria sodalis ordinaria fui, per quattuor coetus primi. In seminarii theologici sectionem studiis historicis dicatam Harnackii benevolentia recepta duo semestria sodalis extraordinaria fui, duo ordinaria. Praeterea ad exercitationes me admiserunt archaeologicas Kekule de Stradonitz per tria semestria, philosophicas Lasson per tria, germanicas Er. Schmidt, hebraicas Strack per singula semestria. Docuerunt me viri doctissimi: de Baudissin, Diels, Gunkel, Harnack, Heinze, Helm, Kekule de Stradonitz, Lasson, Paulsen, Roediger, Er. Schmidt, Seeberg, Strack, Stumpf, Wentzel, de Wilamowitz-Möllendorff. Quibus omnibus viris palam gratias ago quam maximas, imprimis autem Dielesii, Harnackii, Wilamowitzii de meis studiis merita grato animo teneo, semperque tenebo.

.s Alex-
7649

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
10 ELMSLEY PLACE
TORONTO 5, CANADA.
7649.